


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.3.5.33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

ACTII SYNCERI SANNAZARII DE PARTV VIRGINIS LIBRI III.

EIVSDEM DE MORTE CHRISTI LAMENTATIO.

Et quæ in sequenti pagina continentur.



M. D. XXXIII. M

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

INDEX OPERIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

IACOBI Sannazarij doctrinā, eximiasq; eius uirtutes & feci semper plurimi: & quæcunq; ab illius proficiscerentur ingenio, digna iudicaui, quæ cum ab omnibus assidue legerentur, tum perpetuo non mediocri cum authoris laude uiuerent. Sed, ut dicam quod sentio, uidetur mihi uir egregius, & in omni poeticæ facultatis laude eminentissimus, in hoc ipso de partu Virginis opusculo non solū uoluisse cū antiquitate ipsa contendere, uerum etiam se ipsum quodammodo superare. Itaq; nos ut tanti uiri manibus dignas, ut ita dicam, inferias, dignumq; tantis illius meritis honorem exhiberemus: &, quantum fieri posset, per nos uita etiam functus luce ista frueretur: denuo diuinum illud opus quantum licuit accurate recognitum excudimus: denuoq; illud lector humanissime sub tuo nomine apparere curauimus. Addidimus & aliorum alia, quæ uidebantur lectu non indigna, imo etiam summopere laudanda. quibus imprimendis & si omnem operam, & studium quantum licuit adhibuimus: tamen quia sunt ad nos & sero, quædam etiam tumultuarie delata, non potuimus exactam illā fortasse diligentiā & industriā, quam expeteres, adhibere. Itaq; posthac expectabis ea longe locupletiora, atq; etiam emendatiora. nā locos omnes, qui uel mendosi erant, uel meliore lectione indigere uidebantur, leges optime lector in calce operis puriori formæ restitutos. Virgilij uero, & Theocriti pharmaceutrias ea ratione attexuimus,

ut possint homines & antiquorum, & recentium ingenia in eodem genere laudis inter se comparare: idest (ut uerius dicam) ut habeant unde propius agnoscant, quàm feliciter recentes isti sint antiquorum illorum uirtutes uel imitati, uel etiam assecuti. Bene Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

CLEMENTI VII. PON. MAX.
ACTIVS SYNCERVS.

Magne parens, custosq; hominum, cui ius datur uni
Claudere cœlestes, & reserare fores:
Occurrent siqua in nostris male firma libellis,
Deleat errores æqua litura meos.
Imperijs uenerande tuis submittimus illos:
Nam sine te recta non licet ire uia.
Ipse manu, sacrisq; potens Podalyrius herbis
Vlcera Pæonia nostra leuabis ope.
Quippe mihi toto nullus te præter in orbe
Triste salutifera leniet arte malum.
Rarus honos, summo se præside posse tueri:
Rarior, à summo præside posse legi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

HIERONYMVS CARBO
ACTIO SYNCERO.

CVM tibi cœlesti faueat de uirgine natus,
Mystica cui uatum sacra canenda dedit:
Cumq; ingens noua musa decus, laudemq; pararit,
Innectens capiti Delphica serta tuo:
Famaq; cum uolitet circum plaudentibus alis,
Gestiat & sacræ limina adisse domus:
Quid cessas Syncere fores reserare, Deamq;
Excipere, & docto continuisse sinu?
Illa tibi referet, quanto expectata triumpho
Carmina, & ingenij sint monimenta tui.
Surge igitur, uiuensq; piæ cape præmia curæ.
Post cineres sera est gloria, serus honos.

ANTONIVS THEBAL-
DAEVS LECTORI.

Virginis intactæ partum, partumq; uidebis,
Actia quem docto pectore musa dedit.
Admirandi ambo. humanæ fuit ille saluti
Vtilis, humanis hic fuit ingenijs.

PETRVS GRAVINA
LECTORI.

Qui diuina legis Synceri carmina uatis,
Magnaq; Virginei sacra puerperij:
Non hæc humano credas procedere sensu.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.3.5.33

Authori mentem mouit, & ora Deus.
Hunc sibi delegit, quo non cœlestia quisquam
Grandius, aut pleno cultius ore sonet.

CLEMENTI .VII. PONT. MAX.
Antonius Donatus Andreæ Matthæi
filius Aquiuiuus Iouiæ Comes.

En tibi summe pater sacros referentia partus
Actius Aonidum munera rara dicat.
Quæ non furta Iouis, uanæ aut mendacia Cretæ,
Aut ortum ex undis commemorant Venerem:
Sed puerum cœli dominum, regemq́; Deumq́;,
Quem peperit salua uirginitate parens.
Fama canit soli uultus licuisse per æream
Lysippo regis reddere posse sui.
Hæc igitur si cura fuit mortalibus, ut se
Præclaro uellent fingier artifice:
Te merito Christi laudes pater alme iuuabit
Actiaco scribi carmine, non alio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

ACTII SYNCERI SANNAZARII NEAPOLITANI, VIRI PATRICII DE PARTV VIRGINIS

LIBER PRIMVS.

Irginei partus, magnoq; æquæua parēti
Progenies, superas cœli quæ missa per auras
Antiquam generis labē mortalibus ægris
Abluit, obstructiq; uiam patefecit olympi,
Sit mihi Cœlicolæ primus labor: Hoc mihi primum
Surgat opus. Vos auditas ab origine causas,
Et tanti seriem (si fas) euoluite facti.
Nec minus ô Musæ uatum decus, hic ego uestros
Optarim fontes, uestras nemora ardua rupes:
Quandoquidem genus è cœlo deducitis: & uos
Virginitas, sanctæq; iuuat reuerentia famæ.
Vos igitur, seu cura poli, seu uirginis huius
Tangit honos: monstrate uiam, qua nubila uincam:
Et mecum immensi portas recludite cœli.
Magna quidem, magna Aonides, sed debita posco,
Nec uobis ignota: etenim potuistis & antrum
Aspicere, & choreas: nec uos orientia cœlo
Signa, nec Eoos Reges latuisse putandum est.
Tuq; adeo spes fida hominum, spes fida deorum
Alma parens, quam mille acies, quæq; ætheris alti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Militia est, totidem currus, tot signa, tubæq;,
Tot litui comitantur, ouantiq; agmina gyro
Adglomerant; niueis tibi si solennia templis
Serta damus: si mansuras tibi ponimus aras
Exciso in scopulo, fluctus unde aurea canos
Despiciens, celso se culmine Mergilline
Adtollit, nautisq; procul uenientibus offert:
Si laudes de more tuas, si sacra, diemq;,
Ac cœtus late insignes, ritusq; dicamus,
Annua felicis colimus dum gaudia partus,
Tu uatem ignarumq; uiæ, insuetumq; labori
Diua mone: & pauidis iam læta adlabere cœptis.
Viderat ætherea superum regnator ab arce,
Vndiq; collectas uectari in tartara prædas:
Tisiphonemq; imo conantem cuncta profundo
Vertere, & immanes stimulantem ad dira sorores:
Nec iam homini prodesse, alto quòd semina cœlo
Duceret, aut uarios animum excoluisset ad usus:
Tantum lethiferæ poterant contagia culpæ.
Tum pectus pater æterno succensus amore,
Sic secum. Ecquis erit finis? tantis'ne parentum
» Prisca luent pœnis seri commissa nepotes?
» Vt quos uicturos semper, superisq; crearam
» Penè pares, tristi patiar succumbere letho,
» Informesq; domos, obscuraq; regna subire?
» Non ita: sed diuum potius reuocentur ad oras,
» Vt decet, & manuum poscunt opera alta mearum.
» Desertosq; foros, uacuiq; sedilia cœli
» Actutum complere parent: legio unde, nefandis
» Acta odijs, trepidas ruit exturbata per auras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Quunq; caput fuerit, tantorumq; una malorum
» Fœmina principium, lacrymasq;, & funera terris
» Intulerit: nunc auxilium ferat ipsa, modumq;
» (Quâ licet) afflictis imponat fœmina rebus.
Hæc ait: & celerem stellata in ueste ministrum,
Qui castæ diuina ferat mandata puellæ,
Adloquitur, facie insignem, & fulgentibus alis.
» Te, quem certa uocant magnarum exordia rerum
» Fide uigil, pars militiæ fortissima nostræ,
» Te decet ire, nouumq; in sæcula iungere fœdus:
» Nunc animũ huc aduerte: atq; hæc sub pectore serua.
» Est urbeis Phœnicum inter, latéq; fluentem
» Iordanem, regio nostris sat cognita sacris,
» Iudæam appellant, armisq;, & lege potentem.
» Hic claris exorta atauis, uatumq; ducumq;
» Antiquum genus, & dignis licet aucta hymenæis,
» Pectoris inlæsum Virgo mihi casta pudorem
» Seruat adhuc, nullos non seruatura per annos:
» (Mirus amor) seniumq; sui uenerata mariti
» Exiguis degit thalamis, & paupere tecto,
» Digna polo regnare, altóq; effulgēre diuum
» Concilio, & nostros æternum habitare penates.
» Hanc mihi uirginibus iampridem ex omnibus unã
» Delegi, prudensq; animo interiore locaui:
» Vt foret, intacta sanctum quæ numen in aluo
» Conciperet, ferretq; pios sine semine partus.
» Ergo age, nubiuagos molire per aëra gressus:
» Deueniensq; locum, castas hæc iussus ad aureis
» Effare: & pulchris cunctantem hortatibus imple:
» Quandoquidem genus è Stygijs mortale tenebris

E ripere est animus, sæuosq; arcere labores.
Dixerat: Ille altum zephyris per inane uocatis
C arpit iter, scindit nebulas, atq; aëra tranat
I ma petens: pronusq; leueis uix commouet alas.
Q ualis, ubi ex alto notis Mæandria ripis
P rospexit uada, seu placidi stagna ampla Caystri,
P ræcipitem sese candenti corpore cycnus
M ittit agens: iamq; implumis, segnisq; uidetur
I pse sibi: donec tandem potiatur amatis
V ictor aquis: sic ille auras, nubeisq; secabat.
A st ubi palmiferæ tractu stetit altus Idumes:
R eginam haud humileis uoluentem pectore curas
A spicit: Atq; illi ueteres de more Sibyllæ
I n manibus: tum siqua æuo reseranda nepotum
F atidici casto cecinerunt pectore uates.
I psam autem securam animi, lætamq; uideres
A uthorem sperare suum: Namq; adfore tempus,
Q uo sacer æthereis delapsus spiritus astris
I ncorruptæ piæ compleret uiscera matris,
A udierat. Proh quanta alti reuerentia cœli
V irgineo in uultu est. oculos deiecta modestos
S uspirat: matremq; Dei uenientis adorat:
F elicemq; illam, humana nec lege creatam
S æpe uocat: nec dum ipsa suos iam sentit honores:
C um subito ex alto iuuenis demissus olympo,
P urpureos retegit uultus: numenq; professus
I ncessuq;, habituq;, ingenteis explicat alas:
A c tectis late insuetum diffundit odorem.
M ox prior hæc. Oculis salue lux debita nostris,
I ampridem notum cœlo iubar, optima Virgo:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Cui se se tot dona, tot explicuere merenti
Diuitiæ superûm: quicquid rectiq; probiq;
Aeterna de mente fluit: purissima quicquid
Ad terras summo ueniens sapientia cœlo
Fert secum, & plenis exundans gratia riuis.
Te genitor stabili firmam sibi lege sacrauit,
Perpetuos genitor cursus qui dirigit astris:
Mansuramq; tuo fixit sub pectore sedem.
Idcirco cœtus inter ueneranda pudicos
Vna es, quam latis cœli in regionibus olim
Tot diuûm celebrent uoces. proh gaudia terris
Quanta dabis? quantis hominum succurrere uotis
Incipies? Stupuit confestim exterrita Virgo:
Demisitq; oculos: totosq; expalluit artus.
Non secus, ac conchis si quando intenta legendis
Seu Micone parua, scopulis seu forte Seriphi
Nuda pedem Virgo, lætæ noua gloria matris,
Veliferam aduertit uicina ad littora puppim
Aduentare, timet: nec iam subducere uestem
Audet, nec tuto ad socios se reddere cursu:
Sed trepidans silet, obtutuq; immobilis hæret.
Illa Arabum merces, & fortunata Canopi
Dona ferens, nullis bellum mortalibus infert:
Sed pelago innocuis circumnitet armamentis.
Tum rutilus cœli alipotens, cui lactea fandi
Copia, diuiniq; fluunt è pectore rores
Ambrosiæ: quibus ille aereis mulcere procellas
Possit, & iratos pelago depellere uentos.
Exue Dia metus animo, paritura uerendum
Cœlitibus numen, speratâq; gaudia terris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Aeternamq; datura uenis per secula pacem.
Haec ego syderea missus tibi nuntius arce,
Sublimis celeres uexit quem penna per auras,
Vaticinor, non insidias, non nectere fraudes
Edoctus: longe à nostris fraus exulat oris.
Quippe tui magnum magna incrementa per orbem
Ipsa olim partus Virgo, sobolisq; beatae
Adspicies. uincet proauos: proauitaq; longò
Extendet iura imperio: populisq; uocatis
Ad solium, late ingentes moderabitur urbeis:
Nec sceptri iam finis erit, nec terminus aeui.
Quin iustis paulatim animis pulcherrima surget
Relligio. Non monstra pijs, sed numina templis
Placabunt castae diris sine caedibus arae.
Dixerat: illa animum sedato pectore firmans,
Substitit, & placido breuiter sic ore locuta est.
Conceptus ne mihi tandem, partusq; futuros
Sancte refers? me ne attactus perferre uirileis
Posse putas? cui uel nitenti matris ab aluo
Protinus inconcussum, & ineluctabile uotum
Virginitas fuit una: nec est, cur soluere amatae
Iura pudicitiae cupiam, aut haec foedera rumpam.
Immo, istas quod tu minime iam rere, per aureis,
Excipit interpres: foecundam spiritus aluum
Influet, implebitq; potenti uiscera partu,
Flammifero ueniens coelo, atq; micantibus astris.
At tu uirgineum mirata tumescere uentrem,
Haerebis pauitans: demum formidine pulsa
Gaudia seruati capies inopina pudoris.
Neue haec uana putes: dictis aut territa nostris

Indubites: feræ dudum conceſſa ſenectæ
Dona oculos pone ante tuos. Nam ſanguine auito
Iuncta tibi mulier (ſterilis licet illa, grauiq́;
Preſſa æuo) haud quaquā ſperatū hoc tēpore pignus
Fert utero, & felix ſexto ſub menſe laborat.
Vſq; adeo magno nil non ſuperabile cœlo eſt.
His dictis, Regina oculos ad ſydera tollens,
Cœleſtumq́; domos ſuperas, atq; aurea tecta,
Adnuit, & tales emiſit pectore uoces.
Iam iam uince fides, uince obſequioſa uoluntas:
En adſum: accipio uenerans tua iuſſa, tuumq́;
Dulce ſacrū pater omnipotens: nec fallere ueſtrū eſt
Cœlicolæ. noſco crines, noſco ora, manuſq́;,
Verbaq́;, & aligerum cœli haud uariantis alūnum.
Tantum effata, repente noua micuiſſe penates
Luce uidet: nitor ecce domum complerat: Ibi illa,
Ardentum haud patiens radiorum, ignisq́; corruſci,
Extimuit magis. At uenter (mirabile dictu)
(Non ignota cano) ſine ui, ſine labe pudoris,
Arcano intumuit uerbo. Vigor actus ab alto
Irradians, Vigor omnipotens, Vigor omnia complens
Deſcendit, Deus ille, Deus, totoſq́; per artus
Dat ſe ſe, miſcetq́; utero. quo tacta repente
Viſcera contremuere: ſilet natura, pauetq́;
Adtonitæ ſimilis: confuſaq́; turbine rerum
Inſolito, occultas conatur quærere cauſas.
Sed longe uires alias, maioraq́; ſentit
Numina. ſuccutitur tellus: læuumq́; ſereno
Intonuit cœlo rerum cui ſumma poteſtas,
Aduentum nati genitor teſtatus: ut omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Audirent late populi, quos maximus ambit
Oceanus, Tethysq;, & raucisona Amphitrite.
Hos inter medios cœli, terræq; fragores
Aequatis properans uolucer pulcherrimus alis
(Omnia dum trepidant) discesserat: altaq; nabat
Per loca: cum Virgo celsis in nubibus illum
Alternantem humeros uidet, atq; immensa secantem
Ventorum spatia, & iam uersicolore per auras
Fulgentem pluma, ac cœli conuexa petentem.
Quem demum tali adspectans sermone secuta est.
Magne ales, celsi decus ætheris, inuia rerum
Qui penetras, longeq; & nubila linquis, & euros
Altiuolans, læto seu te felicia tractu
Sydera, quæq; suos uoluuntur signa per orbes
Expectant redeuntem: alti seu certa reposcit
Crystalli domus, & uitrei plaga lucida regni:
Seu propriora uocant supremo tecta tonanti,
Quà patet in summum regio flammantis olympi,
Teq; amor, & liquidis flagrans alit ignibus aura:
I precor, i nostrum testis defende pudorem.
Nec plura his: Tum uero aciem deflectit, et omnes,
Haud mora, sollicito percurrit lumine montes:
Agnatamq; animo, conceptaq; pignora uersat,
Multa putans: seruumq; uteri miratur honorem.
Interea manes descendit fama sub imos:
Pallentesq; domos ueris rumoribus implet:
Optatum aduentare diem, quo tristia linquant
Tartara, & euictis fugiant Acheronta tenebris,
Immanemq; ululatum, & non lætabile murmur
Tergemini canis: aduerso qui carceris antro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Excubat insomnis semper, rictusq; trifauci
Horrendum, simulante fame, sub nocte profunda
Personat, & morsu uenienteis adpetit umbras.
Tum uero Heroës lætati, animæq; piorum
Ad cœlum erectas cœperunt tendere palmas.
Atq; hic insignis funda, citharaq; decorus,
Insignis sceptro senior, per opaca locorum
Dum graditur, nectitq; sacros diademate crineis:
Dum legit effœtos Lethæo in gramine flores,
Quà tacitæ labuntur aquæ, mutæq; uolucres
Ducunt per sterileis æterna silentia ramos:
Adtonitus subitos concepit mente furores,
Diuinamq; animam: & consueto numine plenus,
Intorquens oculos, uenientia fata recenset.
Nascere magne puer: nostros quem soluere nexus,
Et tantos genitor uoluit perferre labores.
Magne puer, cui se hæc tandem spolianda reseruant
Regna, tot heu miseris hominum ditata ruinis:
Nascere, uenturum si te mortalibus olim
Pectore ueridico promisimus; igneus ut nos
Viribus adflatos cœlestibus ardor agebat
Insinuans: si sacra peregimus: & tua late
Iussa per immensum fama uulgauimus orbem.
En ridet pax alma tibi: simul ecce potentes
Impulsi cœlo, diuisq; autoribus acti,
Orbe alio properant Reges. Saluete beati
Aethiopes, hominum sanctum genus, astra secuti:
Saluete, huc uestris adfertis munera regnis.
Accipe dona puer: tuq; ò sanctissima mater
Sume animos: iam te populiq;, ducesq; frequentant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

L itore ab extremo, & odoriferis Nabathæis.
I lle autem aurata fulgens in ueste sacerdos
I am canus, iam maturo uenerabilis æuo,
Quid sibi uult? sacras puerum qui sistit ad aras,
S ic uenerans? lætoq; inspectans æthera uultu?
S eq; dehinc facili clausurum lumina fato,
E xclamat: quòd speratum per sæcula munus,
P romissamq; diu pacem, certamq; salutem
T errarum, exorta liceat sibi luce tueri
O ptanti, seniumq; ideo, parcasq; trahenti.
S ed quid ego heu dira conspersos cæde penateis
I nfantum, & subito currenteis sanguine riuos
A dspicio? tristisq; meas uagitus ad aureis
F ertur? io scelus est, partus iugulare recenteis.
C rudelis, quid agis? nihil hi meruere: neq; illum,
Quem petis, insano dabitur tibi perdere ferro.
N unc nunc ò matres scelerata abscedite terra,
D um licet, inq; sinu pueros adscondite uestros:
N am ferus hostis adest. propera iam regia uirgo,
I nq; Paretonias transfer tua pignora terras:
A dmonet hoc magnum genitor qui temperat orbẽ.
T uta domus, tutiq; illic tibi Dia recessus.
V erum ubi bis senas hyemes, bis senáq; nati
S olstitia, & tantos superaueris anxia casus:
I ngenteis imo duces de pectore questus:
A ureáq; assiduis pulsabis sydera uotis.
N am puerum, quamuis per compita sæpe uocatum,
S æpe expectatum consuetæ ad gaudia mensæ,
P erquires nequicquam amens: nec cara petentem
O scula, nec sera redeuntem nocte uidebis.

Tresq; illum totos mœrenti pectore soles,
Et totidem trepidas somni sine munere noctes
Omnia lustrantes, questu omnia confundentes
Flebitis indigno perculsi corda dolore
Tuq; senex'q; tuus. Quarto sed lucifer ortu
Purpureos tremulo cum tollet ab æquore uultus
Inuentum dabit, & quærentibus offeret ultro.
O` quas tunc lacrimas, o` quæ tunc oscula mater,
Quos dabis amplexus, misto inter gaudia fletu?
Cum natum ante aras patris, & delubra sedentem,
Mulcentem'q; senes dictis, animos'q; trahentem
Adspicies gauisa, ipso admirante senatu
Primitias pueri ingentes, nec inane sagacis
Pectoris indicium, natæ'q; ad grandia mentis.
Tu uero quid in arma ruis scelerata iuuentus?
Quid galeas, enses'q; uirûm, & fulgentia cerno
Agmina? scutata'q; procul sub nocte cohortes
Obscura, & crebris radiantes ignibus hastas?
Tot ne unũ telis petitur caput? heu furor, heu mens
Cæca hominum, semper'q; odijs adeuncta nefandis.
Iam'q; oleas, montem'q; sacrum, circum'q;, supra'q;
Cinxere, & longa lucum obsedere corona.
Quò feror? ecce trahunt manibus post terga reuinctis
Insontem: modo quem latas mira illa per urbes
Edentem, patris'q; palàm præcepta docentem
Attoniti stupuere. illum regem'q;, Deum'q;,
Humanæ'q; ducem uitæ, fontem'q; salutis
Haud ueriti populo circùm plaudente fateri.
Heu facinus: mortem ne etiam, & crudele minantur
Supplicium? sæuos stringunt in uulnera fasces,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Horrentesq; parant paliuro intexere dumos,
Tormenti genus: & capiti premere inde coronam
Vulnificam: viden, alternos ut arundinis ictus
Incutiunt? geminantq; truci conuicia lingua?
Parte alia ingentes uideo de stirpibus imis
Euerti palmas, altas ad sidera palmas,
Infelix opus: unde hominum lux illa, decorq;
Pendeat: Ah trepidis dirum, & miserabile terris:
Cum patri æthereo moriens liuentia pandet
Brachia, turpatosq; atra de morte capillos,
Oraq;, demissosq; oculos, frontemq; cruore
Iam madidam, & lato patefactum pectus hiatu.
At mater, non iam mater, sed flentis, & orbæ
Infelix simulacrum, ægra, ac sine uiribus umbra,
Ante crucem demissa genas, effusa capillum
Stat lacrimans, tristiq; irrorat pectora fletu.
Ac si iam comperta mihi licet ore profari
Omnia: defessi spectans morientia nati
Lumina, crudeles terras, crudelia dicit
Sydera: crudelem se se quòd talia cernat
Vulnera, sæpe uocat: tum luctisono ululatu
Cuncta replens, singultanti sic incipit ore:
Incipit, & duro figit simul oscula ligno
Exclamans. Quis me miseram, quis culmine tanto
Deiectam subitis inuoluit Nate procellis?
Nate patris uires, sanguis meus, unde repente
Hæc fera tempestas? quis te mihi fluctus ademit?
Quæ manus indignos fœdauit sanguine uultus?
Cui tantum in superos licuit? bella impia cœlo
Quis parat? hunc ego te, post tot male tuta labores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

P ostq; tot infelix elapsæ incommoda uitæ
A dspicio?tu ne illa tuæ lux unica matris?
T u ne animæ pax, & requies, spesq; ultima nostræ
S ic raperis?sic me solam, exanimemq; relinquis?
O dolor: extincto iam te pro fratre sorores,
P ro natis toties exorauere parentes:
A st ego pro nato, pro te dominoq;, deoq;
Quem misera exorem? quo tristia pectora uertam?
C ui querar? o tandem diræ me perdite dextræ:
M e potius (si qua est pietas) immanibus armis
O bruite: in me omneis effundite pectoris iras:
V el tu (si tanti est hominum genus) eripe matrem,
Quæ rogat, & Stygias tecum duc nate sub umbras
I psa ego te per dura locorum, inamœnaq; uiuis
R egna sequar: liceat rumpentem cernere portas
A eratas: liceat pulchro sudore madentem
E uersorem Erebi materna abstergere dextra.
H os illa, & plureis fundet de pectore questus.
Quod scelus Eois ut primum cernet ab undis
S ol: indignanteis retro conuertere currus
O ptabit, frustraq; suis luctatus habenis,
Quod poterit tandem, auratos ferrugine crineis
I nficiet, mœstamq; diu sine lumine frontem
O stendet terris: ut qui iam ploret ademptum
A uthorem, regemq; suum: quin ipsa nigranti
F ratris ab ore timens, & tanto concita casu
C ynthia, cæruleo uultus obnubet amictu,
A uertetq; oculos, lacrimasq; effundet inaneis.
A t contra horrisono tellus concussa tremore
C um gemitu fremet: & ruptis excita sepulchris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Emittet simulacra. Quid, ò, quid abire paratis
Illustres animæ? non omnibus hæc data rerum
Conditio: paucis remeare ad lumina uitæ
Concessum. Sed tempus erit, cum Martia rauco
Mugitu cœlum quatiet tuba: cumq́; repente
Corpora per terras omneis late omnia surgent.
Nunc autem sat Tartarei si claustra tyranni
Effringat Rex ille: & caligantia pandat
Atria: diffugiant immisso lumine diræ
Eumenidum facies iactis in terga colubris.
Quas atro uix in limo Phlegethontis adustum
Accipiat nemus, & fumanti condat in ulua.
Tum uariæ pestes, & monstra horrentia Ditis
Ima petant: trepident Briareïa turba, Cerastæ,
Semiferumq́; genus Centauri, & Gorgones atræ,
Scyllæq́;, Sphingesq́;, ardentisq́; ora Chimeræ,
Atq; hydræ, atq; canes, & terribiles Harpyiæ.
Ipse catenato fessus per tartara collo
Ducetur Pluton: tristi quem murmure circum
Inferni fractis mœrebunt cornibus amnes.
At nos uirginea præcincti tempora lauru,
Signa per extentos cœli uictricia campos
Tollemus, lætóq; ducem clamore sequemur.
Victor io, bellator io, tu regna profunda,
Tu maneis, Erebumq́; potestatesq́; coërces
Aërias, lethumq́; tuo sub numine torques.
Ille alto temone sedens, leuibusq́; quadrigis
Lora dabit, uolucresq́; reget placido ore iugaleis:
Non iam cornipedum ductos de semine equorum:
Nec qui consuetas carpant præsepibus herbas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Primus enim ualido subnixus oburnea collo
Fert iuga formosi pecoris custodia Taurus.
Stellatus minio Taurus: cui cornua fronti
Aurea, & auratis horrent palearia setis:
Perq; pedes bifidæ radiant noua sydera gemmæ.
Torua boui facies: sed qua non altera cœlo
Dignior, imbriferum quæ cornibus inchoet annum:
Nec quæ tam claris mugitibus astra lacessat.
Et iuxta nemorum terror, rexq; ipse ferarum
Magnanimus nitet ore Leo: quem fusa per armos
Conuestit iuba: pectoribus generosa superbit
Maiestas: non iam ut cædeis, aut prælia sæuus
Adpetat (innocuis armantur dentibus ora:
Grataq; tranquillo ridet clementia uultu)
Sed cœlo ut spatietur, & alta ad sydera tendat.
Hos post insequitur pulchros pennata per artus
Alituum Regina: sacræ cui uertice plumæ
Adsurgunt: flauoq; caput diademate fulget.
Ipsa ingens alis, ingentis fulminis instar
Supra hominum tecta, ac monteis, supraq; uolucres
Fertur: & obstanteis cursu petit obuia nubeis.
Vltimus humana sociat ceruice laborem
Alatus tergo Iuuenis: cui luthea læuo
Ex humero chlamys Eois insperſa lapillis
Pendet: eam uariant centum longo ordine reges,
Antiquum genus, & Solymæ primordia gentis,
Ostro intertexti. ueros cognoscere uultus
Est illic: ueros monteis, & flumina credas:
Et uera extremo Babylon nitet aurea limbo.
Tali sydereas curru subuectus in auras

I nduto s referens spolijs pallentibus axeis,
P erueniet: recto quà panditur orbita tractu
L actea, & ad sedeis ducit candentis olympi.
I llic auratæ muros mirabimur urbis,
A uratasq; domos, & gemmea tecta, uiasq;
S telliferas, uitreosq; altis cum montibus amneis.
A tque ibi, seu magni cælsum penetrale tonantis,
S iue alios habitare lareis, ac tecta minorum
C œlicolũm dabitur: stellas numerare licebit:
S urgentemq; diem pariter, pariterq; cadentem
S ub pedibus spectare, & longos ducere soleis:
L ongaq; uenturis protendere nomina seclis.
H æc ubi dicta: patres plausu excepere frequentes
F atidicum uatem: sublatumq; aggere ripæ
A dtollunt humeris, lætumq; per auia ducunt.
I ntremuere Erebi sedes, obscuraq; Ditis
L imina. suspirans imo de corde Megæra
D at gemitum, & toruas spectat sine mente sorores.
T um caudã exululans sub uentre recondidit atram
C erberus, & sonteis latratu terruit umbras:
C ommotisq; niger Cocytus inhorruit antris:
E t uagæ Sisyphijs hæserunt saxa lacertis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Egna ut ſubitos imo ſub pectore motus
Senſit, & adflatu diuini numinis aucta eſt:
Haud mora, digreſſu uolucris ſuſpenſa miniſtri,
Exurgit: monteisq; procul contendit in altos
Feſtinans: ea cura animo uel prima recurſat:
Matronam defeſſam æuo, cui nulla fuiſſent
Dona uteri (mirum dictu) iam ſegnibus annis
Fœcundam, ſextiq; grauem ſub pondere menſis
Protinus adfari, uocemq; audire loquentis:
Et ſpectare oculis ſterili data pignora matri.
Ergo adcincta uiæ, nullos ſtudioſa paratus
Induitur, nullo diſponit pectora cultu:
Tantum albo crineis iniectu ueſtis inumbrans,
Qualis ſtella nitet, tardam quæ circuit Arcton
Hyberna ſub nocte: aut matutina reſurgens
Aurora: aut ubi iam Oceano Sol aureus exit.
Quâq; pedes mouet, hac caſiã terra alma miniſtrat,
Rubenteisq; roſas, nec iam mœſtos Hiacynthos,
Narciſſumq;, crocumq;: & quicquid purpureum uer
Spirat hians: quicquid florum per gramina paſſim
Subgerit, immiſcens uarios natura colores.
Parte alia celeres ſiſtunt uaga flumina curſus:
Exultant uallesq; cauæ, collesq; ſupini:
Et circumſtantes ſubmittunt culmina pinus:
Crebraq; palmiferis erumpunt germina ſyluis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Omnia lætantur. ceſſant Euriq;, Notiq;:
Ceſſăt atrox Boreas. tantum per florea rura
Regna tenent Zephyri: cœlumq; tepentibus auris
Mulcent: quáq; datur, gradientem uoce ſalutant.
Vt uentum ad ſedes, uultu longæua uerendo
Obcurrit coniux iuſti ſenis: atq; repente
Plena deo, ſubitoq; uteri concuſſa tumultu,
Excipit amplexu uenientem, ac talibus infit.
O` decus, o` laudis mulier dux præuia noſtræ,
Cœlitibus ſola humanum quæ digna reperta es
Conciliare genus, cœtusq; adtollere ad aſtra
Fœmineos: gremium cuius diuinus obumbrat
Palmes, inexhauſtis terras qui compleat uuis:
Quis me, quis tanto ſuperûm dignatur honore?
Túne procul uiſura humiles Regina penates
Veniſti? tú ne illa mei pulcherrima regis
Mater ades? uiden, ut noſtra puer excitus aluo
Cum mihi uix primas uocis ſonus ambiat aures,
Iam ſalit, & dominum ceu præcurſurus adorat.
Felix virgo animi, felix cui tanta mereri
Credulitas dedit una: in te nam plena uidebis
Omnia, quæ magni uerax tibi dixit olympi
Aliger, arcano delapſus ab æthere curſu.
Illa ſub hæc. Miranda alti quis facta tonantis
O` mater, meritas cœlo quæ tollere laudes
Vox queat? exultant dulci mea pectora motu
Authori tantorum operum: qui me ima tenentem,
Indignamq;, humilemq; ſuis reſpexit ab aſtris.
Munere quo gentes felix ecce una per omnes
Iam dicar: nec uana fides: ingentia quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

I psē mihi ingenti cumulauit munera dextra
O mnipotens, sanctumq; eius per sæcula nomen,
E t quæ per magnas clementia dedita terras
E xundat: qua passim omnets sua iussa uerentets
V sq; fouens, nullo neglectos deserit æuo.
T um fortem exertans humerū, dextramq; coruscā,
I nsanos longe fastus, mentetsq; superbas
D ispulit, afflixitq; super: solioq; potentets
D eturbans dedit in præceps, & ad ima repressit:
E xtollensq; humilets, aliena in sede locauit:
P auperiemq;, famemq; fugans, impleuit egenos
D iuitijs: uacuos contra, nudosq; reliquit,
Q ui nullas opibus metas posuere parandis.
P ostremo sobolem (neq; enim dare maius habebat)
A eternam genitor sobolem, seclisq; priorem
O mnibus, æqualemq; sibi, de sanguine fidi
S uscepit pueri (tantis quod honoribus unum
D eerat adhuc) non ille animi, morumq; suorum
O blitus. quippe id meditans promiserat olim
S acrificis proauorum atauis, stirpiq; nepotum.
Hæc uirgo. At senior, nullus cui uocis ademptæ
V sus erat, supplex nunc gressum obseruat euntis,
V irgineosq; pedes, tactæq; dat oscula terræ:
N unc lætus tollit duplicets ad sydera palmas:
Q uoq; potest, solo testatur gaudia nutu:
O stenditq; manu uatum tot scripta priorum:
Q uæ quis agente deo, quondam dum uita manebat,
E didit, & populis liquit celebranda futuris.
S aliaet effusum tacitis de nubibus imbrem
L anigerum in tergus: Germenq; è stirpe uetustæ

A rboris exurgens: Incombustumq; sonoro
I gne rubum: Et priscis stellam de patribus ortam.
Quae dum cuncta graui uenturi haud inscia uisu
P ercurrit relegens: alto cum corde uolutat
C onceptus uirgo insolitos, & ab aethere lapsam
P rogeniem, pluuiae in morem: quae uellere molli
E xcepta, haud ullos sonitus, nec murmura reddit.
S eq; Rubum, Virgamq;, alto se deniq; missam
S ydus grande mari prorsum agnoscitq;, uidetq;.
N on tamen ausa loqui, tanto aut se dicere dignam
M unere: sed tacito affectu tibi maxime diuûm
G rates rector agit, mentemq; ad sydera tollit.
Et iam luna cauum ter luce repleuerat orbem:
T er solitas de more intrarat caeca latebras:
C um Virgo in patriã reditum parat, omnia quando
C erta uidet. subeunt dilectae grata parentis
A dloquia: adsuetaeq; pijs sermonibus aedes:
Quaeq; salutantis uoces, ac uerba ministri
A udijt, & primos excepit cella uolatus:
C ella choris superûm lustrata, & cognita coelo.
E rgo iter inceptum caris digressa propinquis,
A ccelerat: relegitq; uiam per nota locorum.
N ec mora, nec requies usquam: nec lumina flectit,
C oelicolum quamuis sacro circundata coetu,
D onec ad optatum peruenit sedula limen
A tq; ibi, dum consueta suo cum pectore uersat
G audia: paulatim maturi tempora uentris
A duentare uidet: scires iam numen in illa
G rande tegi: nullos adeo sentire dolores
D at superûm genitor, nullaq; ex parte grauari.

Interea terra parta iam pace, mariq́;
Auguſtus pater æratis bella impia portis
Clauſerat, & ualidis arctarat uincta catenis:
Dumq́; ſuas regnator opes, uiresq́; potentis
Imperij, exhauſtasq́; armis ciuilibus urbes
Noſſe cupit: magnum cenſeri iuſſerat orbem:
Deſcribi populos late: numerumq́; referri
Cunctorum ad ſe ſe capitum: quæ maxima tellus
Suſtinet, & rapido complectitur æquore Nereus.
Ergo omnes lex una mouet. ſua nomina mittunt,
Qui montes Aurora tuos, regna illa feraces
Armeniæ: qui conualles, atq; alta Niphatæ
Saxa tenent, longe pictis gens nota pharetris:
Gens fines luſtrare ſuos non ſegnis, & arcu
Quà uagus Euphrates, quà deuius exit Araxes,
Felices tractus, & late munere diuûm
Conceſſos defendere agros bene olentis Amomi.
Cenſetur Tauri paſſim, cenſetur Amani
Incola: prædatorq́; Cilix: & Iſauricæ quiſquis
Rura domat: quicunq; tuas Pamphylia ſyluas:
Quiq́; Lycaoniam, felicia iugera: quiq́;
Flauentem curuis Liciam perrumpit aratris.
Iam clari bello Leleges, populiq́; propinqui
Iuſſa obeunt: gens quæq́; ſuo dat nomina ritu.
Qui Ceramon, bimaremq́; Gnidon: quiq́; alta tuetur
Mœnia, diſpoſitis ubi circumſepta columnis
Tollit ſe niuei moles operoſa ſepulchri,
Barbara quam rapto poſuit regina marito.
Et quos Mæandri toties ludente recurſu
Vnda rigat, rigat ipſe ſuo mox amne Cayſter,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Herboso niueos dum margine pascit olores.
Quosq; metalliferis ueniens Pactolus ab antris
Circuit:& rutila non parcior Hermus arena.
Misorum manus omnis: Apollineæq; Celenæ:
Idaq;, Rhœtææq; arces, celebrataq; musis
Pergama, Sigæumq; iugum, Priameia quondam
Regna armis, ducibusq;, ducũ nunc nota sepulchris.
Quæ nauta, angustum dum præterit Hellespontum,
Ostendens socijs: hoc inquit litore flentes
Nereides steterant: passis cum mœsta capillis
Ipsa suum de more Thetis clamaret Achillem.
His & Bythinæ classes, & Pontica late
Accedit regio. paret scopulosa Carambis:
Parendi studio feruet simul alta Sinope:
Feruet Halys: quiq; immensis procul amnibus auctus
Cappadocum medios populos discriminat Iris:
Thermodoonq;: Halybesq;: adtritaq; saxa Prometheo.
Præterea quà se Thracum Mauortia tellus
Pandit, & algentem Rhodope procurrit in Aemũ:
Quà Macedum per saxa ruit torrentibus undis
Axius, umbrosæq; tegunt Halyachmona ripæ:
Quaq; iacet diris omen Pharsalia bellis:
Et bis Romana ferales clade Philippi:
Conueniunt populi certatim, & iussa facessunt.
Vos etiam uestros his adiunxistis alumnos
Vicinæ passim uacuis iam mœnibus urbes,
Antiquæ Graiorum urbes, gens optima morum
Formatrix, clara ingenijs, & fortibus ausis:
Seu quæ litoreos tractus, montesq; tenetis:
Seu quæ per medias dispersæ exurgitis undas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Tum latus Epiri, qua formidabile nautis
Adtollunt summo caput Acroceraunia cœlo,
Vrget opus. iamq; Alanoi dat Regia censum:
Illyricæq; manus: impacatiq; Liburni:
Litoraq; Ionio passim pulsata profundo.
Nec tu, cui late imperium terræq;, marisq;
Bellatrix peperit uirtus, & Martius ardor,
Non populos, non ipsa tuas terra inclyta genteis
Describis, terra una armis, & fœta triumphis,
Vna uiris longe pollens, atq; æmula cœlo:
Nubiferæ quam præruptis anfractibus Alpes
Præcingunt, mediamq; pater secat Apenninus:
Et geminum rapido fluctu circumtonat æquor.
Descripsere suos (quamuis non axe sub uno)
Hinc Rhenus pater indigenas, hinc latior undis
Danubius: qui syluarum per uasta uolutus,
Pascere non populos, non lambere desinit urbeis,
Donec ad optatam rapido uenit agmine Peucen.
Quin & proceras scrutatur Gallia syluas,
Gallia Cæsareis Latio dignata triumphis:
Quã Rhodanus, quã findit Arar, quã pmeat ingens
Sequana, piscosoq; interluit amne Garumna.
Tum quas piniferis genteis prærupta Pyrene
Rupibus, Herculeas prospectat ad usq; columnas
Cogit Anas, cogit ripa formosus utraq;
Duria, & albenti Bætis præcinctus oliua,
Auratamq; Tagus uoluens sub gurgite arenam,
Quiq; suo terras insignit nomine Iberus.
Parte alia uastas circumuocat Africa uireis:
Getuli, Maurique duces rimantur opaca.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

A tlantis nemora, & dispersa mapalia syluis.
S cribitur & uacuis ut quisq; inuentus arenis
S eu pastor, seu subcinctis uenator in armis
O bseruans sæuos latebrosa ad tesqua leones.
M aßylûm quicunq; domos, quicunq; repostos
H esperidum lucos, munitáq; montibus arua
I ncolit, & ramis natiuum decutit aurum.
E t qui uertenteis immania saxa iuuencos
F lectit arans: quà deuictæ Cartaginis arces
P rocubuere, iacentúq; infausto in litore turres
E uersæ. Quantum illa metus, quantum illa laborum
V rbs dedit insultans Latio, & Laurentibus aruis?
N unc paßim uix relliquias, uix nomina seruans,
O bruitur proprijs non agnoscenda ruinis.
E t querimur genus infelix humana labare
M embra æuo: cũ regna palàm moriantur, & urbes.
I amq; Macas idem ardor habet: uenere uolentes
B arcæi: uenere suis Nasamones ab aruis:
N auifragas qui per Syrteis, infidáq; circùm
L itora, mœrentum spolijs onerantur, & altos
I nsiliunt nudi cumulos extantis arenæ,
I nq; suas uertunt aliena pericula prædas.
P ostremo Psilli, Garamanticáq; arua tenentes:
Q uiq; Cyrenæas suspendunt uomere glebas,
L audatasq; legunt succis præstantibus herbas.
Q uiq; Iouis palmeta, Hasbytarumq; receßus:
M armaricas qui late oras: qui pascua seruant
A egypti, Meroësq;, sacer quos Nilus inundat,
N ilus ab æthereo ducens cunabula cœlo.
Nec minus & casta senior cum Virgine custos

Ibat, ut in patria nomen de more, genusq́;
Ederet, & iussum non segnis penderet aurum.
Ille domum antiquam, & regnata parentibus arua
Inuisens, secum proauos ex ordine reges,
Claraq; facta ducum, pulchramq́; ab origine gentem
Mente recensebat tacita: numerumq́; suorum,
Quamuis tunc pauper, quamuis incognitus ipsis
Agnatis, longe adueniens explere parabat.
Iam fineis Galilæa tuos emensus, & imas
Carmeli ualleis: quæq; altus uertice opacat
Rura Thabor, sparsamq́; iugis Samaritida terram
Palmiferis: Solymas à læua liquerat arceis.
Cum simul è tumulo muros, ac tecta domorum
Prospexit, patriæq; agnouit mœnia terræ:
Continuo lacrimis urbem ueneratur obortis:
Intenditq́; manus, & ab imo pectore fatur.
Bethlemiæ turres, & non obscura meorum
Regna patrum, magniq; olim saluete penates:
Tuq; ò terra parens regum, uisuraq́; regem,
Cui Sol, & gemini famulantur cardinis axes,
Salue iterum. te uana Iouis cunabula Crete
Horrescet, ponetq́; suos temeraria fastus:
Mœnia te Dircæa trement: ipsamq́; pudebit
Ortygiam, geminos Latonæ extollere partus.
Parua loquor: prono ueniet diademate supplex
Illa potens rerum, terrarumq́; inclyta Roma:
Et septemgeminos submittet ad oscula monteis.
Dixit, & extrema mouit uestigia uoce:
Maturatq́; uiam senior: tardumq́; fatigat
Vectorem: & uisas gressum molitur ad oras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Et iam prona dies fluctus urgebat Iberos,
Purpureas pelago nubeis, aurumq; relinquens.
Ecce autem magnis plenam conuentibus urbem
Protinus, ut uenere, extremo è limine portæ
Adspiciunt. Mistum confluxerat undiq; uulgus,
Turba ingens. Credas longinquo ex æquore uectas
Ad merceis properasse: aut deuastantibus arua
Hostibus, in tutum trepidos fugisse colonos.
Cernere erat, per'q; anfractus, per'q; arcta uiarũ,
Cuncta replesse uiros, confusó'q; ordine matres:
Permistos pecori agricolas: hos iungere plaustra:
Hos intendere uela: alios discumbere apertis
Porticibus: resono compleri cuncta tumultu:
Accensos uarijs lucere in partibus igneis.
Quæ pater admirans, tacito dum singula uisu
Percurrit, circum'q; domos, & limina lustrat,
Nec superesse locum tecto uidet: ibimus, inquit,
Quò deus, & quò sancta uocant oracula patrum.
Est specus haud ingens paruæ sub mœnibus urbis,
Incertum, manibus'ne hominum, Genio'ne potentis
Naturæ formatus: ut hæc spectacula terris
Præberet, tantos'q; diu seruatus in usus,
Hospitio cœlũ acciperet. cui plurima dorso
Incumbit rupes pendentibus undiq; saxis
Aspera: & exesæ cingunt latera ardua cautes:
Defunctis operum domus haud ingrata colonis.
Huc heros tandem superata ambage uiarum
Sic monitus, ducente deo, cum coniuge sancta
Deuenit, multa'q; senex se nocte recepit.
Ac primum siccis ramalibus excitat ignem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S tramineoq; toro comitem locat: ægra cubantis
M embra super uestem inuoluens: mox adligat ipsos
P ermulcens, iam non duros, iam sponte sequenteis
Q uadrupedes: ut forte aderat fœnile saligna
S ubfultum crate, & palmarum uimine textum.
Nunc age, Castalijs quæ nunquã audita sub antris,
M usarum'ue choris celebrata, aut cognita Phœbo,
E xpediam: Vos secretos per deuia calleis
C œlicolæ, uos (si merui) monstrate recessus
I ntactos: uentum ad cunas, & gaudia cœli,
M irandosq; ortus, & tecta sonantia sacro
V agitu. stat ferre pedem, quà nulla priorum
O buia sint oculis uatum uestigia nostris.
Tempus erat, quo nox tardis inuecta quadrigis
N ondum stelliferi mediam peruenit olympi
A d metam, & tacito scintillant sydera motu.
C um siluæq;, urbesq; silent: cum fessa labore
A ccipiunt placidos mortalia pectora somnos.
N on fera, non uolucris, non picto corpore serpens
D at sonitum. iamq; in cineres consederat ignis
V ltimus: & sera perfusus membra quiete
S crupo so senior caput adclinauerat antro.
E cce autem nitor ex alto nouus emicat, omnemq;
E xuperat ueniens atræ caliginis umbram:
A uditiq; chori superûm, & cœlestia curuas
A gmina pulsantum citharas, ac uoce canentum.
A gnouit sonitum: partusq; instare propinquos
H aud dubijs Virgo sensit lætissima signis.
P rotinus erigitur stratis: cœloq; nitenteis
A dtollit uenerans oculos, ac talia fatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Omnipotens genitor, magno qui sydera nutu
A ëriosq; regis tractus, terrasq;, fretumq;,
E cquid adest tempus, quo se sine labe serenam
E fferat in lucem soboles tua? quo mihi tellus
R ideat, & teneris depingat floribus arua?
E n tibi maturos fructus, en reddimus ingens
D epositum: tu nequa pio iactura pudori
O brepat, summo defende, & consule cœlo.
E rgo ego te gremio reptantem, & nota petentem
V bera care puer, molli studiosa fouebo
A mplexu: tu blanda tuæ dabis oscula matri
A dridens: colloq; manum, & puerilia nectes
B rachia: & optatam capies per membra quietem.
S ic memorat, fruiturq; deo, comitumq; micanti
A gmine: diuinisq; animum concentibus explet.
A tq; olli interea reuoluto sydere felix
H ora propinquabat. Quis me rapit? accipe uatem
D iua tuum: rege diua tuum. feror arduus altas
I n nubeis: uideo totum descendere cœlum
S pectandi excitum studio. Da pandere factum
M irum, Indictum, Insuetum, Ingens. absistite curæ
D egeneres, dum sacra cano. Iam læta laborum,
I am non tacta metu, secli regina futuri
S tabat adhuc, nihil ipsa suo cum corde caducum,
N il mortale putans. illam natusq;, paterq;,
Quiq; prius quàm Sol cœlo, quàm Luna niteret,
S piritus obscuras ibat super igneus undas,
S tant circùm & magnis permulcent pectora curis.
P ræterea redeunt animo quæcunq; uerendus
D ixerat interpres: acti sine pondere menses:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S eruatusq; pudor. clausa cum protinus aluo
(O` noctem superis laetam, & mortalibus aegris)
S icut erat folijs, stipulaq; innixa rigenti,
D iuinum spectante polo, spectantibus astris
E dit onus. Qualis rorem cum uere repenti
P er tacitum matutinus desudat Eous:
E t passim teretes lucent per gramina guttae.
T erra madet: madet adspersa sub ueste uiator
H orridus: & pluuiae uim non sensisse cadentis
A dmirans, gelidas udo pede proterit herbas.
M ira fides. puer aethereas iam lucis in auras
P rodierat: foenoq; latus male fultus agresti,
I mpulerat primis resonum uagitibus antrum.
A lma parens nullos intra praecordia motus,
A ut incursanteis deuexi ponderis ictus
S enserat: haerebant immotis uiscera claustris.
H aud aliter, quàm cum purum specularia Solem
A dmittunt: lux ipsa quidem pertransit, & omneis
I rrumpens laxat tenebras, & discutit umbras:
I lla manent illaesa, haud ulli peruia uento,
N on hyemi, radijs sed tantum obnoxia Phoebi.
Tunc puerum tepido genitrix inuoluit amictu,
E xceptumq; sinu, blandeq; ad pectora pressum
Detulit in praesepe. Hic illum mitia anhelo
O re fouent iumenta. O` rerum occulta potestas.
P rotinus agnoscens dominum procumbit humi Bos
C ernuus: & mora nulla, simul procumbit Asellus
S ubmittens caput, & trepidanti poplite adorat.
F ortunati ambo: non uos aut fabula Cretae
P olluet, antiqui referens mendacia furti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Sidoniam mare per medium uexiſſe puellam.
Aut ſua dum madidus cœlebrat portenta Cithæron,
Infames inter thyaſos, uinoſáq; ſacra
Arguet obſequio ſenis inſudaſſe profani.
Solis quippe deum uobis, & pignora cœli
Noſſe datum, ſolis cunabula tanta tueri.
Ergo dum refugo ſtabit circundata fluctu
Terra parens: dum præcipiti uertigine cœlum
Voluetur: Romana pius dum templa Sacerdos
Rite colet, ueſtri ſemper referentur honores:
Semper ueſtra fides noſtris celebrabitur aris.
Quis tibi tunc animus, quæ ſancto in corde uoluptas
O genitrix, cum muta tuis famulantia cunis,
Ac circum de more ſacros referentia ritus
Adſpiceres domino genua inclinare potenti,
Et ſua commotum trahere ad ſpectacula cœlum?
Magne pater, quæ tanta rudes prudentia ſenſus
Leniit? informi tantos quis pectore motus
Exciuit calor, & pecudum in præcordia uenit?
Vt quem non reges, non accepere tot urbes,
Non populi, quibus una aras, & ſacra tueri
Cura fuit: iam bos torpens, iam ſegnis Aſellus
Authorem late, poſſeſſoremq; ſalutent?
Vocibus interea ſenſim puerilibus heros
Excitus, ſomnum expulerat, noctemq; fugarat
Ex oculis: iamq; infantem uidet, & uidet ipſam
Maiorem adſpectu, maiori & lumine matrem
Fulgentem, nec quoquam oculos, aut ora mouentem,
Sublimemq; ſolo, ſuperûm cingente caterua
Aligera. Qualis noſtrum cum tendit in orbem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

P urpureis rutilat pennis nitidissima Phœnix:
Quam uarie circum uolucres comitantur euntem.
I lla uolans, Solem natiuo prouocat auro
F ulua caput, caudam & roseis interlita punctis
C æruleam. stupet ipsa cohors: plausuq; sonoro
P er sudum strepit innumeris exercitus alis.
M iratur lucem insolitam: miratur ouanteis
C œlicolûm cantus senior. tum uictus, & amens,
A ttonitusq; animi, tantisq; ardoribus impar
C orruit, & geminas uultum demisit in ulnas:
A ffususq; diu telluri, immobilis hæsit.
H ic illum superi iuxta uidere iacentem,
V idit dia parens: nec longum passa seniles
O bduci tenebris oculos: dat surgere, & ægrum
S ustentare genu, tremulisq; insistere plantis,
D iuinosq; pati uultus, superiq; nitorem
I gnis, & æthereas uibrantia lumina flammas.
I lle ubi paulatim uireis, animumq; resumpsit:
N odoso incumbens baculo, modulantia primum
A gmina, reginamq; deûm de more salutat.
M ox ipsum accedens præsepe, uluaq; palustri
I mpositum spectans dominum terræq;, marisq;,
(O timor, o mentis pietas) puerilia membra
N on ausus tractare manu, cunctatur. ibi auram,
I nsperatam auram diuino efflantis ab ore,
O re trahens, subito correptus numinis haustu,
A fflatusq; deo, sic tandem uoce quieta
I ncipit, & lacrimis oculos subfundit obortis.
Sancte puer, non te Pharijs operosa columnis
A tria, non uariata Phrygum uelamina textu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

E xcepere (iaces nullo spectabilis auro)
A ngustum sed uix stabulum, male commoda sedes,
E t fragiles calami, lectæq; paludibus herbæ
F ortuitum dant ecce torum: laqueata tyrannos
T ecta, & regifico capiant aulæa paratu.
T e pater æterno superûm ditauit honore
I llustrans: tibi syderei domus aurea cœli
P laudit, inextinctosq; parat natura triumphos.
E t tamen hanc sedem reges, hæc undiq; magni
A ntra petent populi: longe quos cærula Calpe
L itore ab occiduo, nigrisq; impellet ab Indis
S ol oriens: quos & Boreas, & feruidus Auster
D iuerso inter se certantes cardine mittent.
T u pastor, tu dispersas reuocare per agros
M issus oues late, pectusq; obferre periclis,
P rodigus ab nimium uitæ, per tela, per hosteis
O bscurum nemus irrumpens, rabida ora luporum
C ompesces: saturumq; gregem sub tecta reduces.
O` mihi certa fides superûm, decus addite terris,
N ate deo, deus ipse, æterno è lumine lumen.
T e te ego, te circùm genitrix, lætiq; ministri
C oncinimus, primiq; tuos celebramus honores:
L ongaq; perpetuis indicimus Orgia fastis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

a Vratum interea culmen bipatentis olympi
Conscendit genitor, rerum inuiolata potestas,
Læta fouẽs tacito sub pectore: mox iubet omneis
A d se se acciri superos: quiq; atria longe
O bseruãt: quiq; arcanis penetralibus adstant:
P ræterea quos Eoos Aurora per ortus:
E t quos occiduæ propior uidet Hesperus oræ.
N amq; ferunt olim leges cum conderet æquas
R ex superũm, & ualido mundum suspenderet axe,
D iuersas statuisse domos, diuersaq; diuis
H ospitia, & dignos meritis tribuisse penateis
O rdine cuiq; suos. Illi data tecta frequentant:
A rmaq;, & æratis adfigunt nomina ualuis.
H aud mora fit. celerant iussi: uolat æthere toto
C œlicolũm glomerata manus: pars igne corusco
T ota rubens: pars stelliferis innexa coronis.
I pse sedens, humeris chlamydem fulgentibus aptat
I ngentem, & cœlum pariter, terrasq; tegentem.
Q uã quondã (ut perhibent) uigilans noctesq;, diesq;
I psa suo neuit rerum natura Tonanti:
A diecitq; sacræ decus admirabile telæ:
P er medium, perq; extremas subtegminis oras
I mmortale aurum intexens, grandeisq; smaragdos.
I llic nam uaria mundum distinxerat arte
G naua operum mater, certisq; elementa figuris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Et rerum species, animasq;: & quicquid ab alta
Fundit mente pater. Generis primordia nostri,
Cernere erat limum informem. iam præpete penna
Deferri uolucreis liquidum per inane uideres:
Iam syluis errare feras: pontumq; natari
Piscibus, & uero credas spumescere fluctu.
Hic postquam aligeros gemmata sedilia cœtus
Accepere: pater solio sic infit ab alto.
Aetherei proceres (neq; enim ignoratis & ausus
Infandos, dirumq; acies super astra frementeis)
Si mecum iuuat, antiquos ab origine motus
Inspicere, & ueterum pariter meminisse laborum:
Quandoquidem hæc uobis peperit uictoria laudem:
Huc animos, huc pacatas aduertite menteis.
Vos, cum omne arderet cœlum seruilibus armis:
Arctoumq; furor pertenderet impius axem
Scandere, & in gelidos regnum transferre Triones:
Fida manus mecum mansistis: & ultima tandem
Experti, cœlo uictricia signa tulistis:
Aeternumq; alta fixistis in arce trophæum.
Quos ego pro meritis insigni munere palmæ
Donaui: regniq; in partem, operumq; recepi:
Præcipuosq; habui, lectosq; ad iussa ministros:
Vsq; adeo fixa antiqui stat gratia facti.
Nec minus & nostras audistis sæpe querelas:
Vidistisq; graueis flammati pectoris æstus:
Tunc cum prima nouas egit dementia genteis
Arboris auricomæ cœlestia carpere poma:
Poma graui seros gustu læsura nepotes.
Munere quin superûm indignas spoliastis, & umbra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S acrorum late nemorum: adsiduoq; labore
M ultastis miseras, uitæ'& breuioribus annis.
Q uid repetam ueteri sumptas de crimine pœnas?
E xiliumq; informe Erebi, tenebrasq; repostas?
Q uæ tacito mecum spectastis lumine: & ijdem
T errarum sortem mœsti indoluistis acerbam?
A nt etiam ut nostri longo post tempore tandem
P ectoris indomitas clementia uicerit iras?
V isq; arcana leueis sensim demissa per auras
F œcundam intactæ complerit Virginis aluum?
A n temere hoc, nullaq; actum ratione putatis?
Q uippe ita mansuras decuit me ponere leges:
Q uo terræq;, polusq;, homines, diuiq; uicissim
F œderibus starent certis: & pignore tanto
S eruarent memorem cognatæ stirpis amorem.
Q uare agite, & iam nunc humana capessite fata:
A c primum duris parui sub cautibus antri
G ramineos lustrate toros: lustrate beatam
P auperibus sedem calamis: cunctiq; recenteis
S ubmissi cunas accedite, dum pia mater
C omplexu in molli natum fouet, ubera pernox
I ndulgens teneris pueri rorantia labris:
N ec procul in stipula demisso pectore mutum
P rocumbit pecus: & domini uestigia lambens
P eruigilat, longos fundit dum tibia cantus.
H ic faustos ortus pueri, noctemq; uerendam
D iscursu per inane leui, passimq; canoris
L audibus excipite, & plausu celebrate fauentes
O mnia felicem uentura in sæcula pacem:
C ertatimq; renascentis cunabula mundi:

Victum anguem: uictumq; anguis furiale uenenum.
Sic placitum, sic auersos coniungere terris
Cœlicolas: sic ferre homines ad sydera certum est.
Hæc ubi dicta: Nouum superis inspirat amorem:
Quo subito ueteres deponant pectoris iras,
Obliti scelerum: patrisq; exempla secuti,
Terrarum flagrent studio, & mortalia curent.
Nec mora, Lætitiam choreis tum forte uacantem
Aduocat: hæc magni motusq;, animosq; Tonantis
Temperat, & uultum discussa nube serenat.
Lætitiam, quæ cœlicolum per limina semper
Discursat, raroq; imas petit hospita terras:
Curarumq; expers, lacrimasq; exosa uirago,
Exultat, totoq; abigit suspiria cœlo.
Vt stetit ante patrem, terrasq; accedere iussa est:
Mobilibus pictas humeris accommodat alas:
Lenimenq; uiæ comites uocat. Ilicet adsunt
Iucundæ uisu facies Cantusq;, Choriq;,
Gaudiaq;, Plaususq;, & honestis ignibus ardens
Rectus Amor: quem nuda Fides, Spesq; inscia luctus
Vadentem, mira unanimes pietate sorores
Obseruant. Sequitur mox inculpata Voluptas,
Gratiaq;, & niueam suadens concordia pacem.
Cumq; propinquasset portæ, quæ maxima cœlo
Dicitur, æternumq; micat radiata coruscis
Astrorum signis: quando mortalibus ægris
Dant nimbos aliæ, & damnant caligine terras:
Succinctæ occurrunt Horæ properantibus alis:
Insomnes Horæ: namq; his fulgentia diuûm
Limina, & ingentis custodia credita cœli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

P rotinus æratos impulso cardine postes
C um sonitu, magnoq; polos quassante fragore
P ræpandunt obnixæ humeris. Volat illa per auras
O bscura sub nocte nitens. gratantur eunti
S ydera: iam festas meditatur Luna choreas.
E xultant Hyades: gaudet mutata Bootes
P laustra auro, totosq; auro fulgere iuuencos.
T unc primum uisa est, miseri post fata parentis,
R isisse Erigone, & longum posuisse dolorem:
A rmatoq; ensis subducitur Orioni.
V t uero umbrosis posuit uestigia syluis:
C ulmina conscendit pastorum: atq; omnia late
P erlustrans tacitis oculis loca, concutit alas
A dplaudens: pictosq; sinus sub nocte coruscans,
S ubrisit lætum, puraq; in luce refulsit.
P rimi illam sensere canes: sensere iacentes
H ædorum passim per dura cubilia matres:
B alatuq; ouium ualles sonuere propinquæ,
S axaq;: & adtoniti caput erexere magistri.
Tunc ait. O parui uigiles gregis, o bona pubes
S yluarum, superis gratum genus, ite beati
P astores, ite antra nouis intendite sertis:
R eginam ad cunas, positumq; in stramine regem
(Certa fides) alti iam iam moderator olympi
C ernere dat. properate: nouiq; tepentia lactis
M unera, cumq; suo date condita subere mella:
I nsuetum & syluis stipula deducite carmen.
N ec plura effata, in nubes taciturna recessit:
E t penitus nigra noctis se condidit umbra.
O lli inter se se uario sermone uolutant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Quid superûm mãdata uelint: quas quærere cunas,
Quos iubeant reges, quæ cingere frondibus antra.
Continuo uarijs innectunt tempora ramis:
Nectitur & lentiscus, opacæq; arbutus umbræ,
Rosq; maris, buxusq;, & densa comas terebinthus:
Cunctaq; frondenti redimitur turba corona.
Mox syluam exquirunt omnem: saltusq; repostos
Flammiferis lustrant tedis. Ardere putares
Arua procul, totumq; incendi lumine montem.
Tandem inter dumos fessi, sub rupe cauata
Speluncam adspiciunt: uocemq; rudentis Aselli
Auribus accepere. Vident ipsumq;, bouemq;,
Longæuumq; senem, stantemq; ad lumina matrem
Insomnem, & pressis refouentem pignus in ulnis.
Ergo insperatæ gauisi munere sortis,
Ocyus ingentem procero stipite laurum,
Auulsamq; solo palmam ab radicibus imis
Adtollunt humeris: perq; interualla canentes
Cum plausu, choreisq;, & multisono modulatu
Vestibuli ante aditum statuunt: omnemq; coronant
Fronde locum: grandeis oleas, cedrosq; comanteis
Adfigunt: longisq; aduelant limina sertis:
Et late Idaliam spargunt cum baccare myrtum.
Quos bonus ex antro dictis adgressus amicis
Compellat senior: placidaq; hæc uoce profatur.
Dicite pastores (neq; enim sine numine, credo,
Tam certum tenuistis iter) cui tanta paratis
Munera? cui uirideis ramis frondentibus umbras
Texitis? an'ne aliquis superûm patre missus ab alto
Has docuit sedeis, locaq; hæc adcedere iussit?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Sic memorans, se se lætum uenientibus obfert.
Illi autem. Noua per tenebras, noua lucis imago
O` genitor, media uisa est modo lumina sylua
Spargere, & in nostras diffundere gaudia mentes:
Siue deus cœlo ueniens, seu forte deorum
Nuntius, in dubio est: nos uultum, habitumq; loquētis
Vidimus: & motas per noctem audiuimus alas.
Sic fati, iungunt dextras: mox ordine longo
Antrum introgressi, calathis syluestria plenis
Dona ferunt: matrem & læto simul ore salutant.
Tum puero adstantes Lycidas, & maximus Aegon,
Aegon, Getulis centum cui pascua campis,
Centeni per rura greges Maßyla uagantur:
Ipse caput late, qua` Bagrada, qua` uagus errat
Triton, Cinyphiæ qua` deuoluuntur arenæ,
Ingens agricolis, ingens pastoribus Aegon.
At Lycidas uix urbe sua, uix colle propinquo
Cognitus, æquoreas carmen deflexit ad undas:
Et tamen hi non uoce pares, non uiribus æquis,
Inter adorantum choreas, plaususq; deorum
Rustica septena modulantur carmina canna.
Hoc erat alme puer, patrijs quòd noster in antris
Tityrus adtritæ spreuit rude carmen auenæ:
Et cecinit dignas Romano Consule syluas.
Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas:
Magna per exactos renouantur secula cursus.
Scilicet hæc Virgo est, hæc sunt Saturnia regna:
Hæc noua progenies cœlo descendit ab alto,
Progenies, per quam toto gens aurea mundo
Surget, & in medijs palmes florebit aristis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Qua duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,
I rrita perpetua soluent formidine terras:
Et uetitum magni pandetur limen olympi.
Occidet & serpens, miseros quæ prima parenteis
E lusit, portentificis imbuta uenenis.
Tu'ne deûm uitam accipies? diuisq; uidebis
P ermistos heroas, & ipse uideberis illis?
P acatumq; reges patrijs uirtutibus orbem?
Adspice felici diffusum lumine cœlum,
C amposq;, fluuiosq;, ipsasq; in montibus herbas.
Adspice, uenturo lætentur ut omnia seclo.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
V bera: nec magnos metuent armenta leones:
Agnaq; per gladios ibit secura nocenteis:
B isq; superfusos seruabit tincta rubores.
Interea tibi parue puer munuscula prima
C ontingent, ederæq;, intermistiq; corymbi.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:
E t duræ quercus sudabunt roscida mella:
M ella dabunt quercus: omnis feret omnia tellus.
At postquam firmata uirum te fecerit ætas:
E t tua iam totum notescent facta per orbem:
A lter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Argo
D electos Heroas: erunt etiam altera bella:
Atq; ingens Stygias ibis prædator ad undas.
Incipe parue puer risu cognoscere matrem,
C hara dei soboles, magnum cœli incrementum.
T alia dum referunt pastores: auia longe
R esponsant nemora: & uoces ad sydera iactant
I ntonsi montes: ipsæ per confraga rupes,

I psa sonant arbusta: deus, deus ille Menalcas.
Hic subito magnum uisi per inane uolatus
C œlestum, cursusq; alacres, alacresq; recursus:
A uditæq; procul uoces, sonitusq; rotarum.
S alicet innocuis per sudum exercitus armis
I bat ouans. diuisæ acies, terna agmina ternis
I nstructa ordinibus belli simulacra ciebant.
T er clypeis iam cedenteis inuadere nubeis
A dspiceres: uacuas ter mittere tela per auras:
T er clamare ducem: mox dissita cogere signa:
A tq; unam lætæ faciem præferre phalangis:
R ursus & aërios percurrere milite campos:
S emotosq; alios constanti incedere passu
N ubila per, latasq; uias: & iungere nexu
B rachia, perpetuis quatientes motibus alas,
G estantesq; manu nostræ argumenta salutis,
S pinasq;, clauosq;, horrenti & uimine fasceis,
H æsuramq; hastam lateri, medicataq; felle
P ocula, sublimemq; crucē, immanemq; columnam.
I bant, & dulcimulcebant æthera cantu.
I nnumeras alij laudes, & magna parentis
F acta canunt: Vt prima noui fundauerit orbis
M œnia: telluremq; uagis discluserit undis.
V t passim uarios cœlo suspenderit igneis,
L unamq;, stellasq;: Vt magni lumina Solis,
I am late extremo tenebris oriente fugatis,
P rotulerit. Tu belligeras metuende cohorteis
D eijcis, exturbasq; polo: tu fulmine quassas
C um duce signa suo, nigroq; inuoluis Auerno,
C ocytumq; iubes, tristeisq; habitare lacunas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

T e gemini cecinere axes, te maxima tellus
V ictorem, cecinit uastis cum fluctibus æquor.
N ec te hominum fraudes, non auertere nefanda
C rimina: sed læto spectas mortalia uultu:
D ignatusq; tuo solaris numine terras.
S alue magne opifex cœli, rex maxime diuûm,
T errarumq;, hominumq; salus: quē sydera, quē Sol,
Q uem metuunt reges tenebrarū, & Tartarus ingens:
C ui late humanum seruit genus: omnia solus
Q ui regis: omnia amas pariter. tibi nomina mille,
M ille potestatum, regnorum insignia mille.
S alue author: salue immensi dominator olympi:
E t nobis felix, terrisq; labantibus adsis.
I ngeminant plausum nubes: lateq; per auras
D iscursat uox: & cœli conuexa resultant.
Herboso tum forte toro, undisonisq; sub antris
V enturas tacito uoluebat pectore sortes
C æruleus Rex, humentum generator aquarum
I ordanes. quem iuxta hilari famulantia uultu
A gmina densentur natæ, pulcherrima Glauce,
D otoq;, Protoq;, Galenaq;, Lamprothoeq;
N udæ humero, nudis discincta ueste papillis:
C allyroe, Byroq;, Pherusaq;, Dinameneq;,
A sphaltisq; adseeta leueis fluitare per undas:
I psaq; odoratis perfusa liquoribus Anthis:
A nthis, qua non ulla nouos miscere colores
D octior, aut pictis caput exornare coronis.
M ox Hyale, atq; Thoë, & uultu nitidissima Crene,
G ongisteq;, Rhoëq;, & candida Limnoria,
E t Dryope, & uirideis Botane resoluta capillos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

O re omnes formosæ, albis in uestibus omnes,
O mnes puniceis euinctæ crura cothurnis.
I pse antro medius, pronáq; adclinis in urna
F undit aquas. Nitet urna nouis uariata figuris
C rystallo ex alba, & puro perlucida uitro,
E gregium decus, & superûm mirabile donum.
V mbrosis hic sylua comis, densisq; uirebat
A rboribus. Cerui passim, capreæq; fugaces
A estiuum uiridi captabant frigus in umbra.
I n medio, auratis effulgens fluctibus amnis
E rrabat campo, & cursu læta arua secabat.
H ic iuuenis fuluis uelatus corpora setis
S tans celso in scopulo, regem, dominúmq; deorum
V orticibus rapidis, medioq; in fonte lauabat.
A t uiridi in ripa lecti de more ministri
S ubcincti expectant: pronisq; in flumina palmis
P rotendunt niueas cœlestia lintea uestes.
I pse pater cœlo late manifesta sereno
S igna dabat: natoq; leuem per inane columbam
I nsignem radijs mittebat, & igne corusco.
A dtonitæ arcum uenerantur numina nymphæ:
E t fluuius refugas ad fontem conuocat undas.
T alia cælata genitor dum spectat in urna
F atorum ignarus, oculosq; ad singula uoluit
A dmirans: Videt insolitos erumpere fontes:
I ngentem undare domum: cauáq; antra repleri
F luctibus: atq; nouum laticis sumpsisse saporem.
D umq; hæret, pauitatq; simul: dum sublevat undis
M uscosum caput, & taurino cornua uultu:
A dspicit insuetas late florescere ripas:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

C laraq; per densas discurrere lumina syluas
P astorum ludo: & lætos ad sydera cantus
D iuinasq; audit uoces, & numina passim
A duenisse deum testantia. protinus ambas
A d cœlum palmas hilaris cum uoce tetendit.
O` maris, o` terræ, diuûmq;, hominumq; repertor,
Quis tua uel magno decreta incognita cœlo
D etulit huc audax, mediisq; abscondit in undis?
I pse mihi hæc quondam (memini) dum talia mecum
S æpe agitat, repetitq; uolens, narrare solebat
C æruleus Proteus: mendax si cætera Proteus,
N on tamen hoc uanas effudit carmine uoces.
A duenies tibi Iordanes properantibus annis,
A duenies, mihi crede, inquit: certissima cœlum
S igna dedit: nec me delusum oracula fallunt:
Qui te olim Nili supra septemplicis ortus,
S upra Indum, & Gangen, fontemq; binominis Istri
A dtollet fama: qui te Tyberiq;, Padoq;
P ræferet, atq; tuos astris æquabit honores.
C uius in aduentu tristes discedere morbi
C orporibus passim incipient. Iam uicta repente
C essabit, turpes squamas, maculasq; remittet
D ira lues: lacerosq; Elephas effusus in artus,
V lcera sanguineo sistet manantia tabo.
Quin & lethales (dictu mirabile) febres
D iffugient iussæ, possessaq; membra relinquent:
Cedet & infestæ uiolentior ira Dianæ:
I ra nocens, quæ fulminea uelut icta ruina,
C orpora cum gemitu ad terram prosternit: & igni
I nterdum, nunc perdere aqua (miserabile uisu)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

F estinat. Stygio nimirum armata ueneno
E xuperat uis, & spumas agit ore tumentes.
Nec iam ultra longo uires minuente ueterno,
T abificus per operta impune uagabitur hydrops
E xitio obrepens miserorum: atq; omnia late
V iscera per uarios perdet tumefacta dolores.
Non aliâs uinctæ tam crebra silentia linguæ
A brumpent: noctem aut toties, tenebrasq; priores
E xcutient oculi, qui nunquam sydera, nunquam
A rdentem magni uiderunt lampada Solis.
Multa quidem maiora fide, sed uera: sed ipsos
Q uæ teneant spectantum oculos, possum ore referre:
S ed propero: uentura tamen mirabitur ætas.
Cernere erit, claudos passim genua ægre trahẽtes
F irmato subitos extendere poplite gressus.
Tum neruis labefacta, diuq; trementia membra
(Q uis credat, nisi certa meus mihi cantet Apollo?)
R estringi, & ualidas cum robore sumere uires.
A tq; alius rapto iussus consurgere lecto,
H aud mora, prosiliet: passuq; in templa citato
C ontendens, onus ipse humeris portabit. Ibi ingens
C lamor, & innumeræ circum donaria uoces
S pectantis populi, & rerum nouitate pauentis.
Parte alia extinctam penitus, sensuq; carentem
A d sua iam cernes reuocari munera dextram.
Nec minus & tacta compesci ueste cruorem
F œmineum: Exanguesq; artus, pallentiaq; ora
I licet obstructis calefacta rubescere uenis.
Ipsas quin etiam furias sub Tartara pelli,
I mmanes Erebi furias. tum fessa leuari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

P ectora,uexatosq; malis cruciatibus artus:
H inc uacuas late impleri stridoribus auras
D irarum frustra clamantum,ac sæua trementum
V erbera,perq; cauas conantum euadere nubes.
Iam deploratis uitam post funera reddi
C orporibus uideo: iam mœstam incedere pompam:
F eralemq; anteire tubam: mox gaudia matrum
I nsperata,patrumq; hilares uerso ordine fletus,
E t circumfusam populis lætantibus urbem.
H uic tu nutantes quoties adsurgere montes,
E t (mirum) insuetas curuare cacumina syluas
A spicies? Quoties humenti in gramine ripæ
A ut solantem æstus,aut lenes pectore somnos
C arpentem,tenui adsuesces mulcere susurro.
M acte tuis merito ripis,macte omnibus undis,
A d te deposito properabunt numina fastu:
N udabuntq; sacros artus,& carmina dicent
A d numerum: cum tu felix iam flumine sancto
A uthorem rerum,diuumq;,hominumq; parentem
(T antus honos,laus tanta tuo rex maxime fonti)
E xutum ueste accipies atq; hospite tanto
A dtonitus,trepidas hortabere uoce Napæas:
I te citæ,date thura pias adolenda per aras
C æruleæ comites: uiridiq; sedilia musco
I nstruite: & uitreis suspendite serta columnis:
P urpureas miscete rosas: miscete hiacynthos,
L iliaq;: & pulchro regem conspergite nimbo.
Tunc nomen late clarum Iordanis ad auras
A dtollent montes: Iordanen maxima circum
A equora,Iordanen siluæq;,amnesq; sonabunt.

I lla autem humanis quamuis latura ruinis
A uxilium, finemq; dies, gratissima quamuis
V rbibus adueniat, totumq; optanda per orbem:
F luminibus tamen, & nostris felicior undis
(S i qua fides, si qua est ueri prudentia Proteo)
O stendet roseos stellis ridentibus ortus.
Quandoquidem non diuitias, non quæret honores
I lle patris decus, ac uirtus: mortalia postquam
M embra sibi, & fragiles iã sponte induxerit artus:
N on sceptrum inuadet Cypri: non Caspia regna
D iripiet: non exuuijs Babylona superbam
E ruet: aut alto scandet Capitolia curru,
M ilitibus circum, & læto comitante senatu.
S ed maris undisoni tractus, & litora longe
C urua secans, media socios sibi quæret in acta:
D ispersosq; mari nautas, nudosq; colonos
V ndarum, sinuosa fretis iactare parantes
R etia, uexatas aut iam reparare sagenas
S ollicitos, patris ad solium, ac sua tecta uocabit.
A tq; ollis ius omne, potestatemq; medendi
A dijciet: pellent morbos, dentesq; retundent
V ipereos: Orciq; acies, ac monstra fugabunt.
Quin & custodes foribus radiantis olympi
P ræficiet. seruare aditus, & claustra iubebit
A urea: queis non ulla queat uis sæua nocere
E umenidum, duriq; umbrarum obsistere postes.
T um sedes passim emeritis duodena per astra
I nstituet: distincta suos de more sequetur
T urba duces. illi leges, & sancta uocatis
I ura dabunt, plausu sociorum, atq; agmine læti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Felices, qui iam cymba, remisq; relictis,
Alta serenati conscendent culmina cœli.
Praeterea (si certa fides, nec uana futuri
Gaudia) cognatas etiam spectabimus undas
Lenæos uerti in latices. Ea prima deûm Rex
Arcana, hos primos per signa ostendet honores
Accepti late imperij. Mirabitur auctus
Lympha suos, iussa insuetum spumare capaces
Per pateras, largeq; nouum diffundere nectar,
Et mensas hilarare, & felices hymenæos.
Nec semel ille altum remis euectus in æquor,
Cum iam frustrato socios rediisse labore
Accipiet, præda ingenti ditabit, & udos
Squamigerûm strata cumulos exponet in alga.
Iratos etiam fluctus, tumidasq; procellas,
Miscentesq; imo turbatam gurgite arenam,
Iamq; superiecto mersuras æquore puppim,
Imperio premet increpitans. cadet arduus undæ
Impetus: atq; audisse minantis iussa putares
Eurosq;, Zephyrosq;, & ouantes turbine Coros.
Quid loquar, ut gemino numerosas pisce cateruas,
Munere & exiguo Cereris, miserabile uulgus
Matres, atq; uiros pariter per gramina pascet:
Vt iam bis senis redeant fragmenta canistris?
Aut intempesta gradiens ut nocte per altum
Libera substrato ponet uestigia ponto:
Vixq; undas sicco tanget pede? scilicet olli
Adnabunt blandæ Nereïdes. humida passim
Sternent se freta: tum fundo Neptunus ab imo
Excitus, agnoscet dominum: positoq; tridente

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Cum Phorco, Glaucoq;, & semifero comitatu
Prosiliet, trepidusq; sacris dabit oscula plantis.
Sed quid ego exili uectus super alta phaselo
Cuncta sequor memorans? non si Parnasia Musæ
Antra mihi, sacrosq; aditus, atq; aurea pandant
Limina, sufficiam. non si mihi ferrea centum
Ora sonent: centumq; ærato è gutture linguæ
Vocibus expument agitantem pectora Phœbum:
Laudatos ualeam uenturi principis actus
Enumerare, nouoq; amplecti singula cantu.
Hæc senior quondam felici pectore Proteus
Vaticinans (ut forte meo diuerterat antro)
Præmonuit: nunc euentus stat signa futuri
Expectare. Nitor roseo sed fulsit ab ortu
Clarior: & radijs dux præuia matutinis
Oceani procul extremo se litore tollit
Exoriens Aurora: sinusq; induta rubenteis
Ante diem citat auricomos ad frena iugaleis.
Et iam consuetis tempus me currere ripis
Vndantem, magnosq; lacus, & prata secantem
Vorticibus. Viden, ut nostros agit impetus amneis?
Iordanenq; uocat tumidarum murmur aquarum?
Sic fatus, confestim humeris circundat amictus
Insolitos: quos pulchræ udis neuere sub antris
Naiades, molli ducentes stamina musco:
Sidonioq; rudeis saturantes murice telas,
Aurea consperso uariarunt sydera limbo:
Atq; ita se tandem currenti reddidit alueo
Spumeus, & motas aspergine miscuit undas.
Hactenus o superi partus tentasse uerendos

S it ſatis. optatam poſcit me dulcis ad umbram
P auſilypus, poſcunt Neptunia litora, & udi
T ritones, Nereusq; ſenex, Panopeq;, Ephyreq;
E t Melite, quæq; in primis mihi grata miniſtrat
O cia, Muſarumq; cauas per ſaxa latebras,
M ergillina: nouos fundunt ubi citria flores,
C itria Medorum ſacros referentia lucos:
E t mihi non ſolita nectit de fronde coronam.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

ACTII SYNCERI SANNAZARII DE MORTE CHRISTI DOMINI AD MORTALES LAMENTATIO.

ſ Iquando magnum mirati ſurgere Solem
Oceano, & toto flammas diffundere cœlo:
Certatimq; ſuo terras ambire meatu
N octiuagam Phœben præcinctam cornibus aureis:
A eternoſq; aſtrorum igneis, cœliq; micanteis
S cintillare oculos: aliquem dare iura putaſtis,
A tq; polo regnare hominum, rerumq; parentem:
C ui mare, cui tellus, cui pareat arduus æther:
C uncta ſupercilio qui temperet: hunc ſimul ægri
M ortales, (ſi ueſtra dolor præcordia tangit)
A dſpicite immiti traiectum pectora ferro,
P ectora, fœdataſq; manus, perfuſaq; tabo
O ra, cruentatumq; caput, crineiſq; reuulſos:
A dſpicite & plenos lacrimarum fundite riuos.
H eu ſcelus, heu crudele nefas: iacet altus olympi
R ector: & amiſſo torpent elementa magiſtro.
Q uin etiam uacuum adſueto ſine pondere cœlum
N utat, & ipſa ſuum quærunt ſolia aurea regem.
Q uem diuerſa procul ſæuo cum crimine tellus
I gnotum populis caput, & miſerabile corpus
S uſtinet, exangueiſq; ſinu complectitur artus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

E t tremefacta, grauers testatur murmure questus.
T estatur Sol ipse suum sub nube dolorem
I am latitans, atráq; notans ferrugine frontem.
T u quoq; deformeisq; genas, pallentiáq; ora
C ontegis, inferiasq; tuo das Luna Tonanti,
A uratum flauo tondens de uertice crinem,
E t lacrimas uda fundens in nocte tepenteis.
N ec minus abruptis fama est exisse sepulchris,
P erq; uias errasse nouis simulachra figuris:
E xcitasq; umbras, medias ululasse per urbeis
S ub noctem, & notos questu impleuisse penateis.
Quid? non & pelagi rabies adtollere fluctus
I mmaneis uisa est? monteisq; euoluere aquarum,
D eiectura urbeis, terrasq; haustura profundo?
C um simul & caput undisonis emersus ab antris
C æruleus Triton rauco super æquora cornu
C onstreperet, nautasq; horrenda uoce moneret,
N aturæ cecidisse patrem, regemq;, deumq;.
H æ ne manus uasti iunxerunt fœdera mundi?
H arum opus est, quodcunq; iacet, quodcunq; mouetur?
Quicquid ubiq; parens rerum Natura gubernat,
F rugiferens tellus, fœtumq; animantibus æquor,
V italisq; aër, atq; ignibus æthra coruscis?
E t nunc (proh facinus quantum potuere nocentum
F lagitia) immissis dant peruia uulnera clauis.
L iuenteisq; atro fœdant squallore lacertos.
H eu caput indignum spinis, uenerandáq; cœlo,
E t toties clara stellarum impexa corona
C æsaries: heu pectus hians: conuulsáq; dira
B arba manu: tunsiq; artus: & frigida membra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Vos ne pedes cœlum premere, & uagi sydera sueti,
Fulgenteisq; domos superûm, sublimia tecta,
Tam sæuæ immaneis perpessi cuspidis ictus,
Et terram, & duras sparsistis sanguine cauteis?
Nec trepidat mens cæca hominũ? Quæ tanta tenaci
Durities in corde riget? num nigra uidetis
Tartara, tot claris hominum uiduata trophæis,
Desertásq; in nocte domos, & tristia regna?
Feliceisq; animas lætum Pæana canenteis
Pone sequi regem, & cœlo insedisse sereno?
Quid si non tantos subijsset sponte labores:
Humanamq; sua pensasset morte salutem
Ille sator rerum, & summi mens certa parentis,
Qui nutu ingenteis mundi moderatur habenas?
Vt tandem intactos picea Phlegethontis ab unda
Post obitum æternæ donaret munere lucis:
In partemq; suorum operum, regniq; uocaret:
Tantus amor generis seruandi, & gloria nostri.
Quare agite, ex animis mortales pellite uestris,
Siquid adhuc manet antiqua de sorde relictum:
Mendaceisq; deos, & detestanda priorum
Sacra prophanatis tandem detrudite ab aris.
Imbuat effuso terram nec sanguine taurus:
Nec miser ille suæ diuulsus ab ubere matris
Ignotos agnus balet super hostia cultros.
Viuat ouis, uiuat quicquid sub sole creatum est.
Mentem, animumq; deo, non thura, aut exta parate.
Has illi pecudum fibras, hæc reddite dona.
Cernitis, ut pronum flectat caput? ut pia pandat
Brachia? & ingratas uocet ad sua uulnera genteis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

O blitas'q; uiæ moreat meminisse relictæ:
S cilicet amplexus non reiecturus amicos?
A t uos obtusas ignari auertitis aureis,
I nfelix genus, & sæuæ ludibria mortis:
N ec quanta à tergo iam instent tormenta, uidetis.
T empus erit, cum uestra illum commissa notantem,
M ultantem'q; reos, alta'q; in nube sedentem
A dspicietis: & horrenteis tremor opprimet artus.
N ec iam ferre oculos flammarum ardore coruscos,
A ut tumidos acie uultus contendere contra
A udebit quisquam sibi conscius. I bit in igneis
T urba nocens: sonteis'q; exsoluet corpore pœnas:
P allenteis'q; æternum amneis, uastas'q; lacunas
C ocyti colet: & furias horrescet hianteis:
A tq; animum monitis non intendisse pigebit.
T unc uos exactæ capient mala tædia uitæ
E xperteis cœli, atq; auræ sub nocte profunda:
I n'q; caput trifidos nequicquam optabitis igneis:
E t frustra erectas tolletis ad æthera palmas.
Q uos superûm cœtus, & fortunata piorum
A gmina uix lacrimis poterunt spectare retentis,
I nuidiæ stimulis, diris'q; ultricibus actos.
E rgo uitaleis miseri dum carpitis auras:
D um compos mens ipsa sui est: dum certa facultas,
D um ratio, tempus'q; sinunt: simul ite frequentes,
I te pij, ueniam factis exposcite uestris:
I te, animos purgate: orcâ'q; inhibete rapinas:
E t tandem patrio mentem conuertite cœlo.
S ic rex ille hominum uacui spoliator Auerni,
O blitus scelerum, cognatæ stirpis amore,

P romissiq; memor, menteis intrabit amicas:
V estráq; posthabitis recolet præcordia templis.
P ostq; tot exhaustos uitæq;, obitusq; labores,
I llo quo pluuias, quo pellit nubila uultu,
A blutos labe excipiet: lætusq; reponet
S ydereos inter proceres, sanctumq; senatum:
S ub pedibusq; dabit stellantia cernere claustra.

GABRIELIS ALTILII
LAMENTATIO.

Te'ne ego magne pater, te'ne alti rector olympi,
Te'ne ego sic laceru͂ i͂dignos crudeliter artus,
Sic positum aspicio? quẽ nõ uasta atria cœli
N on mundus cepit: tegit heu breuis urna sepultum?
N ec miseri assiduos lacrimarum fundimus amnes?
T anta nec æterno deflemus funera luctu?
A t tellus tremefacta, latensq; in nubibus aër,
C unctaq; turbatis flerunt elementa figuris.
F leuit sol nigra tingens ferrugine cœlum:
I psaq; lugubri crines uelauit amictu
A uthorem miserata suum mœstissima Phœbe:
A tq; auersa nouus stupefecit sydera mundus.
H eu dolor, heu pietas, heu quæ manus impia tantu͂
A usa nefas? neq; enim diris illa excidit ausis.
A n'ne parum fuerat, patriu͂ modo linquere cœlum?
N ec dedignatum miseræ commercia terræ?
Q uodq; deum miscens homini (mirabile dictu)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

I nduere humanos non fastidiuerit artus?
T ristia quin diræ passus ludibria gentis,
F erre necem, & nostro uoluisti occumbere letho.
S ic quondam charæ diuulsus ab ubere matris,
M itis ubi extructas agnus mactatur ad aras,
N ostra luis commissa: tuo nos sanguine seruas:
D ulciaq; æternæ das noscere præmia uitæ.
Quo iam summe pater (nā supra q̄cq̄d, & infra est,
T e ueneratæ tuos obseruant omnia nutus)
D a, seu te infirmæ tangunt contagia partis,
T erra, Prometheumq; lutum, primordia nostra:
S eu dolor, & fassæ spes non indebita mentis:
N ec tua difficilis nostræ clementia culpæ:
V t qui mœsta pij repetentes orgia sacri
A nnua solenni colimus mysteria luctu:
P er te pacatæ defunctis munere uitæ,
S upremus tenuis cum spiritus ibit in auras:
E lysij læta arua poli, sedesq; beatæ,
P olliciti q; tui pateant non irrita dona.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

IOANNIS MVTII AVRELII MANTVANI IN DIVI IOANNIS BAPTISTAE LAVDEM HYMNVS.

n Ascere, quid cessas dudum? cunctisq; petitum
Votis redde diẽ ueniens age Lucifer almũ:
Dignum quo possit superûm fauor omnis in unum
Congessisse uirum quodcunq; est ulla potis uis:
Quoq; olim non te pigeat uatum optime nasci:
Quem cœlo ex alto superûm rex tempore, quo se
Venturus tandem populorum, orbisq; saluti,
Iamiam hominis faciem, & mortaleis induere artus
Certus erat: terris quondam præmisit habendum:
Dum nos interea solennes dicere laudes
Adgredimur: uatisq; pij celebramus honores.
Ille quidem in siluis, perq; auia lustra ferarum,
Propter aquam, & uario depictas gramine ripas,
Pulcher ubi, fluuioq; ingens Iordanis amœno
Collibus è curuis per pinguia culta uolutus
Exercet cursu latices, simul & secat arua:
Florem æui totum primis exegit ab annis,
Diuinis animum curis & pectora plenus
Magna Deo, populoq; docens instantia fata.
Non illum ueneres, non illum pocula Bacchi,
Non epulæ flexere ullæ: non purpura diues.
Verũ undas hausitq; manu: & quas plurima ubiq;
Fundit humus, teneras decerpsit graminis herbas
Horridus, hyrsutoq; humeros contectus amictu.

I llue (ut perhibent) diuersæ, atq; agmine lato
C ertatim coëunt gentes: atq; inde reuersæ
H aud dubia ex dubijs referunt oracula rebus.
D iseritur Solyme: linquunt Hiericumq; Thenamq;
A rua Palestinæ, palmosæq; oppida Idumes:
V ndiq; conueniunt: & inhospita rura frequentant.
I lle autem super his ripas, lucosq; silenteis
I nsuetum multo calefactus pectora Phœbo
P ersonat: & uacuæ responsant omnia ualles.
Nunc pater è summo claram demittit olympo
P rogeniem, ætherei monumentum & pignus amoris.
I amq; aderit Deus: ecce Deus. Quæ tanta moratur
S egnities? quæ tanta animos dementia fallit?
I te agite: & superûm uenienti occurrite regi.
Quamq; uiam instituerit, terras regna ultima uisens
C erta Dei soboles: studijs ingentibus illam
S ternite. nūc opus est animis, nunc mentibus æquis.
O multum monitiq; mihi, multumq; monendi,
S pernite opus inquam, ac uariarum nomina uana
D elitias rerum, & contagia diuitis auri,
V ersantisq; orbem, & mortalia cuncta trahentis,
O cia, desidiam, sæuiq; Cupidinis arma.
Felix qui potuit Cereris contemnere dona,
E t latices Bacchi morbos, & bella ferentes:
A c tolerare sitim, & ieiunia longa suetus,
C orpoream imminui molem, & mortalia sensim
M embra tulit: gaudens uinclis, & carcere cæco
E xonerasse animum, ac uolucrē super æthera ferre.
H uic sæpe in somnis primum sese obtulit ultro
I pse Deûm genitor: ultro docuitq; futura:

M ox etiam atq; etiam claro se lumine passus
C ontingi, eloquio ardenti, adspectuq; beato
A dfulsit: sanctumq; inspirans ossibus ignem,
D iuina impleuit penitus dulcedine mentem:
V sq; adeo magni mentem fecat æthere natum,
A rdua conantem sponte, & præclara uolentem.
Hæc, & plura Heros memorãs, populũq;, patresq;
S pargit rore leui: & felicibus abluit undis
C onceptas mundi labes ab origine prima.
C ontinuo morem suscepit: gratumq; seruat
P osteritas: sacrumq; pij coluere minores.
E cce autem ætherei Regis certissima proles
P ro mortali hominum genere, & pro numine læso,
H eu fato indigno, & crudelis uulnere dextræ
P roiectura animam, & finem allatura malorum,
D udum aderat: summiq; patris præcepta docebat
N ota sibi: atq; animos supera ad conuexa uocabat:
P rogeniem quando immeritam cunabula mundi
P ostgeniti, ob noxam, primiq; errata parentis
D amnatam omnipotens pœnas expendere iussit
T erribiliq; hosti diuûm concessit in iras.
H unc simul adspexit iuuenis: & fluminis alueo
T erq; quaterq; manu liquidas super intulit undas.
R eddita uox ingens reserato è uertice olympi.
T estatusq; sacra præsens pater alite natum,
I ntonuit late: tremuitq; ætheris axes.
E x illo haud dubitas magnorum maxime uatum
S oluere fatidicum os: & spem uulgare per agros:
A duenisse hominum certam requiemq; laborum:
P ollicitiq; Dei toties mox testis adesse:


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

V num præ cunctis, populis spectantibus ultro
E t monstrare manu, & uerbis signare uolentem
V isa canens, monitusq; datos pridem æthere summo
T u matri, tu uocis adhuc, & luminis expers
P rima utero exultans fœto das signa supremi
A duentu super Herois: magnamq; parentem
P andere res altas, summiq; arcana Tonantis
D ecreta, & uolucrem supera de gente ministrum
I n medio uisumq; die, auditumq; fateri
I mpellis. tua sydereus facta optima natus
M ox probat, & cunctis præfert mortalibus unum
T e uatem. O longe melioribus optime seclis
N ate pater, meritoq; adscripte Quiritibus olim
C œlicolis, salue o Regi gratissime diuûm:
A c nos composito celebrantes carmine laudes
R ite tuas, pariterq; preces, & thura ferentes
A dspice, nostrorum oramus miserere laborum.
N on'ne uides quanto moueant fera bella tumultu
C rudeles animæ? sæua illinc arma Britani
E xpediunt, solidas latis Hispania terris
C um populis urbes effundit: & omnia uersat.
H inc Gallorum acies, & prodiga corpora uitæ
C ædis amor, ferriq; armat scelerata cupido:
I nter utrosq; facem intentans discordia sæuit:
I mpius armatos stimulat Mars, & furit ingens.
A h ne iterum tanto concurrant agmina motu:
A h ne iterum largo pinguescant sanguine campi,
H as tu iras, atq; hæc imperdita corpora bellis,
Quæ dudum Ausoniæ cierant in uiscera reges
V erte hostem in Turcă: superis det sanguine pœnas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

C iziaus, & populi, quos diuidit Hellespontus.
A equius huic fuerat nostra arma opponere genti
H unc tu animis pater accensis immitte furorem.
E cce tibi DECIMVS præses simul & decus orbis
A fflictis quem uos rebus, sæcloq; ruenti
A uxilium cœlo properastis mittere ab alto:
A ugusto ingentes uoluit sub pectore curas:
I amq; Scythas uexat bello: atq; amissa reposcit
R egna animo: mox excidium, stragemq; daturus
A cetutum ualido complebit milite campos.
O lli igitur uires ultro se ad bella paranti,
Q uo sine nulla super miseris mortalibus est spes,
S ufficite: ipse animosq; sibi, mentemq; ministret.
N unc ò quiq; Hebri, uitreas & Strymonis undas,
Q uiq; bibunt Xanthum, & fluctisonum Symoënta:
Q uosq; alijs longe positos in partibus horrens
C aucasus hinc, illinc prospectat maximus Atlas:
A gnoscant ueri tandem præcepta Tonantis:
E t fluuio discant natos mersare salubri:
T eq; adeo ante omnes unū, tuaq; arma tremiscat,
N ota nimis miseris, ac cæde inspersa suorum.
T estis clara Rhodos, facti non immemor unquam,
C um late implerunt campos: passimq; per herbas
A gmina multa uirum iacuerunt æquore toto:
C arpathijq; maris fœdarunt sanguine fluctus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

AD VIRGINES IN DIVAE MARIAE VIRGINIS DIE FESTO.

Suaue dicite Virgines
C armen, & uario caput
F lore cingite: totus hic
T ransеat celebris dies,
E t pia prece lætus.
Splendidum uiden, ut micat
L umen? Aduenit, Aduenit
V irgo, Quæ peperit Deum:
S ola Quæ meruit Parens
V irgoq;, & Nurus esse.
Qualis in libano cedrus,
E t uelut platanus uirens
E xplicat patulas comas:
Quæq; creuit in arduis
C ollibus Cyparissus:
Et uelut crocea nitet
V este, quæ fugat emicans
D iua Lucifer: Aut nigræ
F arta mercibus Indiæ
S ulcat æquora Nauis:
Talis hæc graditur, rosis
V incta purpureis caput,
Quæ throno sedet aureo,
I nter candida lilia,
E t rubros Amaranthos.
Hinc, & hinc resonant chori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S pirat undique cinnamum
A ura leniter instrepens
S umma per iuga montium.
R idet undiq; terra.
I psa per medios uenit
A xe quadriiugo sedens:
C ana quam sequitur fides:
E t pudicitiæ latus
S eruat, optima custos.
Cernis, ut iubar induat
S olis: ut pedibus premat
L unam: ut & caput ambiant
S ydera: ac Dominam genus
L audet omne animantum?
Quare uos agite, obuias
V irgini date Virgines.
S plendeat rutilo chorus
I gne. Thura manu pia
L uadis date flammis.
Ne tamen maculas pudor
V spiam male traxerit
S ordidas, caueat, rogo,
S i qua uirgineo cupit
I re proxima curru.
Sentit illico Virginis
V irgo sentit anhelitum,
V t sagax leporem canis.
V irgo quæ fuerit, placet,
D igna Virgine socru.
Nam quot reppererit, statim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

T ot nurus faciet sibi.
V nicum genuit quidem:
S ed potest tamen hoc. Deus
N atus unicus ille est.

F.

D ulce si nobis, pueros Deorum
I n deos quandoque referre, uisum est:
A tque ab extremo celebrare ductos
Orbe triumphos:
S i procellosi maris inter aestus,
A ut fuit belli medijs periclis
D ulce, praesenteis meminisse diuos
Rite minores:
N unc iuuet diuûm'q;, hominum'q; regem
V ocibus passim cecinisse puris,
A nnua aeternum celebri colentes
Funera pompa.
N anq; post uitae innumeros labores,
F lagra'q;, & senteis rigidos, crucis'q;
S tipitem durum, per iniqua ditis
Regna triumphans,
I lle mortaleis miseratus aegros,
C erberi rictus retudit trifaucis,
E t stygem, multas Eumenides'q; diras
Compede uinxit.
I am'q; lustratis Erebi lacunis,
H ostium tandem spolijs onustus,

E xtulit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

E xtulit cœli superis tropheum
Victor in oris.
Vnde nunc nostro generi, suisq;
P rospicit terris: miserisq; rebus
C onsulens, late reserat profundi
Limen olympi.

E.

P rimi si potuit parentis arbos
V xorem male credulam secuti,
P atrem tradere, liberosq; letho:
Mortales miseri ueremur, arbos
A n possit sacra, qua Deus pependit
S ummi consilium patris secutus,
E t nos reddere, posterosq; uitæ?
Quin tanto melius, beatiusq;,
Quanto sunt homines Deo minores.

E.

I nfelix hominum genus peremptum est:
V irgo quum noua paruit superbo
C omplexo auricomam arborem draconi.
E t felix hominum genus redemptum est:
V irgo quum noua contudit proteruum
S acri munere stipitis colubrum.
At quo posterior tamen priore
V irgo uirgine, stirpsq; stirpe præstat:
H oc est (fidite: uera cantu uates)
I lla certior hæc salus ruina.
Sannazarius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

INFANTICIDIA IACOBI SANNAZARII.

Vnde tot auditi gemitus? unde horrida quaeso
Lamenta haec? furor unde ingens? miseriq; tumultus?
Quid'ue petit fragor armorum? uagitus & ingens
Infantum? lacrimaeq;, & foeminei ululatus?
Quo nostro morimur scelere? aut quae nã obsecro tanti
Causa mali est? sunt haec (propius iam cerno) nefandi
Imperia Herodis, concepti & damna timoris.
Audierat sedenim felici sydere natum
Nuper iure nouo Solymas qui subderet olim,
Et late populos uictor ditione teneret.
Id metuens, tenerum ab radice auellere florem
Conatus, parat insidias, longéq; iubetur,
Ah dolor, infantum cautéq; miserrima caedes.
Dij tantum prohibete nefas, Dij auertite casum.
Nam quae te culpae, & regnandi dira cupido
Impie Rex agitat? Non is, qui nascitur, unquam
Optabit tua regna: metum compesce. Quid ò, quid
Insontes meruere? ferus quos enecat ensis.
Heu noua bellorum facies, heu Martis iniqui
Assuetum nunquam facinus. Quis talia fando
Audijt? armatas ferro seuirae cohortes
In pueros, matrum pauidásq;, ac prorsus inerti
Opposita pugnare acie, ac decernere ferro.
Ecce implent subitis matres plangoribus aethra
Attonitae, laniantq; comas, & ab ubere raptos
Lactantes iugulare uident, & funere acerbo
Damnari: uidet illa suo cunabula tingi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S anguine: collisum hæc nati caput aspicit: illum
I n gremio trepidæ matris fodit ensis adactus.
D iffugiunt aliæ per templa, domosq; Deorum,
A mplexæq; tenent natos, atq; oscula figunt
O rantes ueniam: & nequicquam poplite flexo
P ro natis se se obijciunt, mortemq; precantur.
N on precibus, non ulla hostis pietate mouetur.
S acrilegaq; manu innocui mactantur ad aras.
I ncautum ueluti cum inuadit ouile luporum
M agna cohors, quos dira fames exasperat, ingens
C ertatim pecoris fit cædes intus, & omne
S ternitur infelix misera ad præsepia uulgus.
Felices puerorum animæ: uos nulla tacebit
I n longum producta ætas, æternaq; uobis
N omina erunt, dum relligio Romana manebit,
I mperium summaq; tenebit in arce sacerdos.
V os primi monstratis iter, quod ad ardua lætos
R egna beatorum ducit: uos prælia primi
T entastis, magni ducis ornatura triumphos.
V os primum è cœlo suscepit plausus ouanteis
D um sacros magni currus ire ante Tonantis
S orte datum est: cum rite nouum Pæana canentes,
P urpureas capiti insigni de flore corollas
E t manibus florentem alto de uertice palmam
F ertis, iam expleti donatum insigne laboris.
Vos ego, si qua huius pietas, uel cura sit orbis
E xperti minus olim: obtestor ut abdita cœlo
L umina, labentem in tenebras, & crimina mundum
R estituatis: iterq; istud mortalibus ægris
I gnotum, uestra luce ostendatis ab alto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

ACTII SYNCERI SANNAZARII EGLOGA PRIMA PHILLIS.

LYCIDAS. MYCON.

Ly. Mirabar, uicina Mycon per litora nuper (nos:
Dum uagor, expectoq; leues ad pabula thyn
Quid tantũ insuetus streperet mihi coruus: & udæ
Per scopulos passim fulicæ, perq; antra repostæ
Tristia flebilibus complerent saxa querelis:
Cum iam nec curuus resiliret ab æquore delphin,
Nec solitos de more choros induceret undis.
Ecce dies aderat: charam qua Phyllida terræ
Condidimus: tumuloq; pias defleuimus umbras
Ah miseri: & posthac nec tristes linquimus auras:
Nec dubitat sæuus solatia ferre Tylemon.
My. Scilicet id fuerat, tota quod nocte uaganti
Huc illuc: dum Pausilypi latus omne pererro:
Piscosamq; lego celeri Nesida phaselo:
Nescio quid queruli gemerent lacrimabile mergi.
Phyllis ad inferias, Phyllis (si credimus) illos
Ad gemitum o Lycida, tumuliq; ad sacra uocabat.
Ly. Eheu chare Mycon quales spectacula pompæ
(Nunc recolo) quas ipse manus: quæue ora notaui
His oculis: his inquam oculis quæ funera uidi
Infelix: nec me tandem dolor improbus egit
In scopulos, in saxa, rogo'ue absumit eodem
Ignea uis, uel saltem aliquis deus æquore mersit.
My. O Lycida Lycida: non'ne hoc felicius illi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

E uenisse putas? quàm si fumosa Lycotæ
A ntra, uel hirsuti tegetem subiisset Amyntæ?
E t nunc heu uiles hamo sibi quæreret escas:
A ut tenui laceras sarciret uimine nassas.
S ed tu: siquid habes ueteres quod lugeat ignes:
Q uod manes, cineresq; diu testetur amatos:
I ncipe: quandoquidem molles tibi litus arenas
S ternit: & insani posuerunt murmura fluctus.
Ly. Immo hæc: quæ cineri nuper properata parabã
C armina: ab extremo cum iam caua litora portu
P rospicerem: & niuei uenerarer saxa sepulchri:
I ncipiam. tu coniferas ad busta cupressus
S parge manus: & uiridi tumulũ superintege myrto.
My. En tibi cærulei muscum æquoris, en tibi conchas
P urpureas, nec non tota quæsita profundo,
E t uix ex imis euulsa coralia saxis
A dferimus. tu solennes nunc incipe cantus:
I ncipe, dum ad solem Baianus retia Milcon,
E xplicat, & madidos componit in orbe rudentes.
Ly. Q uos mihi nunc diuæ scopulos, quæ panditis antra
N ereides: quas tu secreti litoris herbas
G lauce pater, quæ monstriferis mihi gramina succis
O stendes nunc Glauce? quibus tellure relicta,
A h miser, & liquidi factus nouus incola ponti
T e sequar in medios mutato corpore fluctus:
E t feriam bifida spumantia marmora cauda.
N am quid ego heu solis uitam sine Phyllide terris
E xoptem miser? aut quid nam rapta mihi luce,
D ulce putem? quid ue hic sperẽ? q̃d iam morer ultra?
I nfelix? an ut hac uili proiectus in alga

A rentes tantum frutices, desertaq; cernam
L itora: & ingrato iactem mea uerba sepulchro?
S cilicet hos thalamos, hos felices hymenæos
C oncelebrem? sic speratæ mihi gaudia tedæ
D at Venus? ambiguos sic dat Lucina timores?
Q uis mihi, quis te te rapuit dulcissima Phylli?
P hylli meæ quondam requies, spesq; unica uitæ,
N unc dolor, æternumq; imo sub pectore luctus.
N on licuit tecum optatos coniungere somnos:
D ulcia nec primæ decerpere dona iuuentæ:
A ut simul extremos uitam producere in annos.
N unc te (qs credat?) lapis hic habet: & mihi nusq̃ es:
N usq̃ terrarum Phyllis. sed fabula. & umbræ
F rustrantur miseras per dira insomnia noctes.
M e miserum: qua te tandem regione requiram?
Q ua ue sequar? per te quondã mihi terra placebat,
E t populi, lætæq; suis cum mœnibus urbes:
N unc iuuat immensi fines lustrare profundi:
P erq; procellosas errare licentius undas
T ritonum immistum turbis, scopulosaq; Cete
I nter, & informes horrenti corpore Phocas,
Q uo nunq̃ terras uideam. Iamiam illa tot annis
C ulta mihi tellus, populiq;, urbesq; ualete:
L itora cara ualete: uale simul optima Phylli.
N os tibi, nos liquidis septem pro fluctibus aras
P onemus: septemq; tibi de more quotannis
M onstra maris magni uitulos mactabimus hirtos,
E t tibi septenis pendebunt ostrea sertis,
O strea muricibus uariata, albisq; lapillis.
H ic tibi Nisæe, & flauos resoluta capillos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Cymodoce, mitisq; pia cum matre Palæmon,
Et Panope, & Siculi custos Galatea profundi
Solenneis nectent choreas, & carmina dicent:
Quæ Proteus quondam diuino pectore uates
Edocuit: magni cum funera fleret Achillis:
Et Thetidis luctus consolaretur amaros.
At tu, siue altum felix colis æthera: seu iam
Elysios inter manes, cœtusq; uerendos
Lethæos sequeris per stagna liquentia pisces:
Seu legis æternos formoso pollice flores,
Narcissumq;, crocumq;, & uiuaceis amaranthos:
Et uiolis teneras misces pallentibus algas:
Adspice nos: mitisq; ueni. tu numen aquarum
Semper eris, semper lætum piscantibus omen.
Vt nymphis, Nereoq;, ut flauicomæ Amphitrite,
Sic tibi uictrices fundent libamina cymbæ.
Interea tumulo supremum hoc accipe carmen,
Carmen, quod tenui dum nectit arundine linum
Piscator legat: & scopulo suspiret ab alto.
In gremio Phyllis recubat Sirenis amatæ.
Consurgis gemino felix Sebethe sepulchro.
MY. Dulce sonant Lycida tua carmina: nec mihi malim
Halcyonum lamenta, aut udo in gramine ripæ
Propter aquam dulces cycnorum audire querelas.
Sed tu: sic faciles uicina Megaria semper
Sufficiat conchas: sic proxima Mergilline
Ostrea, saxosæq; ferat tibi rupis echinos:
Quandoquidem nox obscuras iam distulit umbras,
Nec dum permensus cœlum Sol: incipe rursus,
Atq; itera mihi carmen. Habent iterata leporem.

Ly. Ne miserum ne coge Mycon. sat lumina, sat iam
Exhaustæ maduere genæ. dolor (adspice) siccas
Obduxit fauces: quatit & singultibus imum
Pectus: anhelantemq; animam uox ægra relinquit.
Et tamen hæc aliàs tibi nos, & plura canemus,
Fortasse & meliora: aderit si musa canenti.
Quin & ueliferis olim hæc spectanda carinis
Seu Prochytæ, seu Miseni sub rupe patenti
Inscribam: grandesq; notas ferrugine ducam:
Præteriens quas nauta mari percurrat ab alto;
Et dicat. Lycidas, Lycidas hæc carmina fecit.
Sed quoniam socij passim per litus ouantes
Expectant, poscuntq; tuas ad retia uires:
Eia age iam surgamus. ego hæc ad busta sedebo.
Tu socios inuise: escas nam quærere tempus:
Et tibi nunc uacuæ fluitant sine pondere nassæ.

EGLOGA SECVNDA

GALATEA.

Forte Lycon uacuo fessus consederat antro
Piscator: quà se scopuli de uertice, lato
Ostentat pelago pulcherrima Mergilline.
Dumq; alij notosq; sinus, piscosáq; circum
Aequora collustrant flammis, aut linea longe
Retia, captiuosq; trahunt ad litora pisces:
Ipse per obscuram meditatur carmina noctem.
Immitis Galatea: nihil te munera tandem,
Nil nostræ mouere preces? uerba irrita uentis
Fudimus: & uanas scopulis impegimus undas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Adspice, cuncta silent, Orcas & maxima cete
Somnus habet, tacitæ recubant per litora Phocæ.
Non zephyri strepit aura: sopor suus humida mulcet
Aequora: sopito conniuent sydera cœlo.
Solus ego (hei misero) dum tristi pectore questus
Nocte itero, somnum tota de mente fugaui,
Nec tamen ulla meæ tangit te cura salutis.
At non Praxinoe me quondam, non Polybotæ
Filia despexit, non diuitis uxor Amyntæ,
Quamuis culta sinu, quamuis foret alba papillis.
Quin etiam Aenaria (si quicquam credis) ab alta
Sæpe uocor. Solet ipsa meas laudare camœnas
In primis formosa Hyale, cui sanguis Iberis
Clarus auis: cui tot terræ, tot litora parent:
Quæq; uel in medijs Neptunum torreat undis.
Sed mihi quid prosunt hæc omnia, si tibi tantum
(Quis credat Galatea?) tibi si deniq; tantum
Displiceo? si tu nostram crudelis auenam
Sola fugis? sola & nostros contemnis amores?
Ostrea Miseni pendentibus eruta saxis
Mille tibi misi: totidem sub gurgite uasto
Pausilypus, totidem uitreis Euplœa sub undis
Seruat adhuc: plures Nesis mihi seruat echinos
Quos nec uere nouo folijs lentiscus amaris
Inficit, aut uacuæ tenuant dispendia Lunæ.
Præterea mihi sub pelago manus apta legendis
Muricibus: didici Tyrios cognoscere fucos,
Quoq; modo plena durent conchilia testa.
Quid refugis? tingenda tibi iam lana paratur,
Qua niteas, superesq; alias Galatea puellas.

L ana maris spumis quæ mollior, hanc mihi pastor
I pse olim, dedit hanc pastor Melisæus, ab alta
C um me forte senex audisset rupe canentem:
E t dixit, puer ista tuæ sint præmia Musæ,
Quandoquidem nostra cecinisti primus in acta.
E x illo in calathis seruaui, ut mittere possem.
S ed tu (ne qua mihi superet spes, ne qua futuri
C onditio Galatea) manum mihi dura negasti.
H oc est, hoc, miserum quod perdidit. ite camœnæ,
I te procul, spreuit nostras Galatea querelas.
S cilicet, exiguæ uideor quod nauita cymbæ,
Quodq; leues hamos, nodosaq; retia tracto,
D espicis. an patrio non hoc quoq; litore Glaucus
F ecerat? æquoreæ Glaucus scrutator arenæ,
E t nunc ille quidem tumidarum numen aquarum.
S ed nec, quæ nimium uel me sic falsa fatigat,
F abula te moueat Lydæ. Licet illa puellis
I actet, nescio quas mihi se misisse corollas:
N on me Lyda tamen, non impulit, æquora testor,
N ereidasq; omneis. si fallo, naufragus illas
E xperiar, salsosq; bibam sub gurgite fluctus.
Heu quid agam? externas trans pontũ quærere terras
I ampridem est animus: quo nunquã nauita, nunquã
P iscator ueniat. fors illic nostra licebit
F ata queri. Boreæ extremo damnata sub axe
S tagna petam, & rigidis nunquã nõ cana pruinis?
A n Libyæ rapidas, Austriq; tepentis arenas,
E t uideam nigros populos, solemq; propinquum?
Quid loquor infelix? an non per saxa, per ignes
Quo me cunq; pedes ducent, mens ægra sequetur?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

V itantur uenti: pluuiæ uitantur, & æstus:
N on uitatur amor. mecum tumuletur oportet.
I am saxo me me ex illo demittere in undas
P ræcipitem iubet ipse furor. Vos ò mihi Nymphæ,
V os maris undisoni Nymphæ, præstate cadenti
N on duros obitus, sæuasq; extinguere flammas.
Scilicet hæc olim, ueniens seu litore curuo
C aietæ, seu Cumarum naualibus altis:
D um loca transibit, raucus de puppe magister
H ortatus socios, dextrum deflectite, dicet,
I n latus ò socij: dextras deflectite in undas:
V itemus scopulos infames morte Lyconis.
Talia nequicquam surdas iactabat ad auras
I nfelix piscator: & irrita uota fouebat.
C um tandem extremo ueniens effulsit ab ortu
L ucifer: & roseo perfudit lumine pontum.

EGLOGA TERTIA
MOPSVS.

CELADON, MOPSVS, CHROMIS, IOLAS.

Ce. d Ic mihi (Nam Baulis, uerum si rettulit Aegon,
Bis senos uos Mopse dies tenuere procellæ)
Quid tu, quid Chromis interea, quid uester Iolas,
D um Notus insultat pelago: dum murmurat unda:
E cquid desertis uacui lusistis in antris?
Mop. Quid nostræ facerent ingrata per ocia musæ
O Celadon? neq; tum conchas impune licebat
P er scopulos, non octipedes tentare paguros.
I am fragilem in sicco munibant saxa phaselum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

R araq; per longos pendebant retia remos.
A nte pedes castæq; leues, hamiq; iacebant:
E t calami, naßæq;, & uiminei labyrinthi.
T um Chromis Inarimen spectans, his inquit ab oris
(Ah dirum exilium) nostræ soluere carinæ:
C um regem post bella suum comitata iuuentus
I gnotis pelagi uitam committeret undis.
Quæ tamen (ut fama est) Ligurum per saxa, per altas
S tœchadas emicuit: Rhodaniq; inuecta per amnem
(Nam bene si memini Rhodanum referebat Amilcō)
O ceani madidas uidit refluentis arenas:
E t quæ cæruleos procul adspicit ora Britannos.
Quà (nisi uana ferunt) quoties maris unda resedit,
I ndigenæ captant nudos per litora pisces.
N e Chromi, ne luctus renoua, respondit Iolas:
S at tuus hæc nobis Lucrini nuper ad undam
N arrauit Lycabas: Solem se saliœt illic
Trans fluctus, trans & nubes uidisse cadentem
H aud aliter: quàm si nostris è montibus illum
C aietæ adspiceret longe post litora ferri:
E t strepitum sensisse ruentis ab æthere currus.
P ræterea mores populorum, urbesq;, locosq;
E xposuit, quernasq; domos, & lignea tecta.
A ddidit & uarias (heu barbara nomina) gentes:
B ellouacos, Morinosq;: &, quos quis dicere possit?
T arbellos: latis errare & flumina campis:
N escio quem Ligerim tectis se innasse carinis.
S ed mea nunc aliæ poscunt sibi pectora curæ.
T u modo, si quid habes (& te quoq; Chloridis ardor
E xcruciat) scopulo hoc mecum meditare uicissim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Audiet, & gracilem percurret Mopsus auenam.
Sic illi: ast ego nil contra, sed quae mihi collo
Garrula pendebat, manibus tunc sumpta cicuta est.
Scilicet alternos conabar arundine uersus
Excipere. alternis nam dicere uterq; parabat.
Nec mora, iam Chromis hos, hos & referebat Iolas.
Chr. Nereides pelagi sacrum genus, aut mihi uestris
Munera ferte uadis, duram queis Chlorida placem:
Aut, si muneribus flecti nequit, aequore toto
Quaerite, quae nostrum sanet medicina furorem.
Iol. Sirenes mea cura, audite haec ultima uota.
Aut reuocet iam Nisa suum, nec spernat Iolam,
Aut uideat morientem. Haec saxa impulsa marinis
Fluctibus, haec misero uilis dabit alga sepulchrum.
Chr. Qualis tranquillo quae labitur aequore cymba,
Cum Zephyris summae crispantur leniter undae,
Tuta uolat, luditq; hilaris per transtra iuuentus:
Talis uita mihi, mea dum me Chloris amabat.
Iol. Adspicis, iratae feriant ut saxa procellae:
Vt ualidis imae Coris turbentur arenae,
Iam scopulis furit unda, tremit iam terra tumultu.
Fallor, an haec ipsa est Nisae indignantis imago?
Chr. O Proteu pastor liquidi maris, o pater, o rex,
(Quandoquidem insanos odisti numina fastus)
Quaere Pethecusas tu, cui licet: atq; superbae
Dic Hyale, salsum te pascere monstra per aequor.
Iol. Ille habet, ille meos scopulus mihi seruat amores,
Qui propior terrae est. illum pete Glauce natatu:
Neue manus duri contemnat Nisa mariti,
Dic te squamigeras traxisse ad litora praedas.

Chr. Est Veneri Cypros gratissima, Cretæ Tonanti,
Iunoniq; Samos, Vulcano maxima Lemnos:
Aenariæ portus Hyale dum pulchra tenebit,
Nec Samos Aenariam uincet, nec maxima Lemnos
Iol. Gradiuus Rhodopen, & Mercurius Cyllenen,
Ortygiam Phœbe, Tritonia iactat Hymetton:
Nisa colit Prochyten: Prochytes si commoda norint,
Ortygiam Phœbe, Tritonia linquet Hymetton.
Chr. Hic specus, hic rupes, texendisq; optima nassis
Vimina sunt, iunci, densæq; per auia myrtus:
Si mihi nunc Pholoe, uel tantum Chloris adesset,
Quàm bene pugnaces possem contemnere uentos.
Iol. Nulla mihi sine te rident loca, displicet æquor,
Sordet terra, leues odi cum retibus hamos.
At si aderis tu Nisa, placebunt omnia. lætus
Tunc ego uel lybicas degam piscator arenis.
Chr. Dat Rhombos Sinuessa, Dicarchi litora Pagros,
Herculeæ Mullum rupes, Synodontas Amalphis,
Parthenope teneris scatet ambitiosa puellis:
Quis mihi nunc alias scrutari suadeat algas?
Io. In fluuijs Mugil uersatur, Sargus in herbis,
Polypus in scopulis, medijs Melanurus in undis,
Ante tuas mea Nisa fores ego semper oberro.
Quæ mihi det tales iucundior insula portus?
Mo. Hactenus ò Celadon resonis sub rupibus illos
Inter se uario memini contendere cantu
Horrida uentosi ridentes murmura ponti.
Qui tamen & laudes, & munera digna tulere
Carminibus, sed quæ nequeat contemnere Triton.
Hic, quam Circæio nudus sub gurgite cepi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Natiuis concham maculis: & murice pictam:
Ille recuruato nodosa Coralia trunco.

FERDINANDO FEDERICI REGIS F. ARAGONIO, CALABRIAE DVCI EGLOGA QVARTA.

PROTEVS.

Nunc primum notas uelis maioribus undas
Currimus o nymphae Craterides: ordine quando
Suadet amor, charae primos Telluris honores,
Dicere: caeruleae magni Crateris alumnae.
Telluris primos charae dicamus honores:
Dum radijs feruens medium sol excoquit aequor.
Tu uero patriae Iuuenis decus, edite coelo,
Spes generis tanti: seu te nimbosa Pyrene
Pro dulci Latio, pro nostris detinet aruis:
Seu uagus obiecto munimine claudit Iberus:
Rumpe moras: nec te latis Hispania regnis
Adliciat, stirpis'ue tuae primordia, & ille
Gentis honos: licet effuso Tagus impleat auro,
Et pater Oceanus spumanti perluat unda.
Nam mihi, nam tempus ueniet: cum reddita sceptra
Parthenopes, fractosq; tua sub cuspide reges
Ipse canam: nunc litoream ne despice musam.
Quam tibi post syluas, post horrida lustra Lycaei:
(Siquid id est) salsas deduxi primus ad undas:
Ausus inexperta tentare pericula cymba.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Quæ uada non norunt, quis nescit Protea portus?
Illum olim ueteris pascentem ad saxa Mineruæ,
Mulcentemq; suas diuino carmine Phocas,
E` puppi sensere Melanthius & Phrasidamus:
Vt forte à capreis obscura nocte redibant.
Sensere & uario delphinas ludere cursu,
Tritonumq; choris longe freta pulsa sonare.
Ipse autem, haudquaquam mortali digna referri
Verba sono, uacuas lætus cantabat ad auras:
Terrigena ut quondam matris de uentre Tiphoëus
Exiliens, infanda deos ad bella uocasset.
Vt fratrum primus, furijs, & hiantibus hydris
Instructus, densas ductauerit ipse cateruas.
Vt nisu ingenti partes de monte reuulsas
Aenariam, Prochytenq; altis immiserit astris:
Ac totum subito cœlum tremefecerit ictu.
Tum pater haud segni molitus fulmina dextra
Immanes acies deiecerit: atq; trophæum
Iusserit ardentes tectari sulfure Baias:
Quòd gens uicta illis lauisset uulnera lymphis.
Hinc magni Alcidæ tauros, stratumq; profundum
Aggeribus memorat, ductamq; per oppida pompã.
His ueteres addit Cumas, loca cognita Phœbo,
Vatis & horrendæ lucos, triuiæq; recessus,
Cimeriũmq; domos, & opaca in uallibus antra.
Te quoq; formosæ captum Nesidos amore
Pausilype irato compellat ab æquore questu.
Ah miser, ah male caute, tuæ quid fata puellæ
Adceleras? cupit in medios euadere fluctus
Infelix: cupit insuetum finire dolorem.

A t tibi nec curæ est, quòd eam Neptunia monstra
C ircunstent: mare nec rapido quòd sorbeat æstu.
A h miser, ah male caute, ultra quid brachia tendis?
S iste gradum. riget illa iugis adsueta niuosis
V enatrix: quam mille feræ timuere sequentem
P er saltus. uos hanc Panope, uos candida Drymo,
C ymothoëq;, Rhoëq;, Pherusaq;, Dinameneq;
A ccipite, & uestris sociam lustrate choreis.
Tum canit antiquas sedeis, opulentaq; regna
A uricomæ Sirenis, & altum in monte sepulchrum:
S acraq;, Chaladicosq; deos, magnisq; per æquor
A uspicijs uectas hæc ipsa ad litora classeis.
Tum liquidos fonteis subter caua mœnia ducit,
A dtollitq; arceis, & culmina montibus æquat
T ectorum: uastas protendit in æquora moleis:
E upleamq; procul trepidis dat cernere nautis,
A tq; Pharon iungit scopulos, præruptaq; saxa
T heleboûm, Sarniq; amneis, & pinguia culta.
Tum canit, ut Corydona sacro Melisæus in antro
V iderit, & calamos labris admouerit audax:
F ormosum quibus ille olim cantarat Alexin:
D ixerat & musam Damonis, & Alphesibœi.
Q ueis fretus, dictante Dea, tot sydera nobis
P rodiderit, tantas cœli patefecerit oras.
Quid referã aut Stabias, aut quæ tenuisse canoris
V irginibus fama est abeunteis saxa carinas?
A ut ut terrifica sonitus, ignemq; Vesevi,
E t desolatas passim defleuerit urbeis?
P ostremo reges, regumq; ex ordine pugnas
E numerat: belliq; arteis, & præmia narrat.

A ddit tristia fata, & te, quem luget ademptum
I talia infelix (siue id grauis ira deorum,
S eu sors dura tulit) trans altas euehit Alpeis.
M ox agit Oceani prope litora: deniq; sistit
S pumantem ad Ligerim, paruaq; includit in urna.
Heu sortem miserandam, heu pectora cæca futuri.
H æccine te fessum tellus extrema manebat
H ospitijs, post tot terræq;, mariusq; labores?
P one tamen gemitus: nec te monumenta parentum,
A ut moueant sperata tuis tibi funera regnis.
G rata quies patriæ: sed & omnis terra sepulchrum.
Hæc ille, & quæ uix audita prioribus annis
H eroum longæua queat meminisse uetustas,
C ommemorat. socio respondent æquora plausu:
L una suam donec paulatim fundere lucem
C œpit, & ad uitreas redierunt numina sedeis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

TRAIANO CABANILIO

TROIAE, AC MONTELLAE

DOMINO.

SALICES.

I uacat, & blandos ētnum uentilat igneis
ſ Quæ dea cærulea uehitur ſuper æquora concha,
T urrigeramq́; Paphon, ditemq́; Amathunta tuetur:
A ccipe flumineas properatum carmen ad undas
O` mihi non dubia Cabanili cognite fama,
S ed longe uarios rerum ſpectate per uſus.
N am tibi me doctæ ſic deuinxere ſorores,
S ic mea felici permulcent pectora cura:
V t uix ulla queam melioris tempora uitæ
T e ſine, uix placidos per noctem ducere ſomnos.
E n agedum Traiane, tuis hæc præuia iuſſis
T ractanti, iam iamq́; animo maiora paranti
D a ueniam, & tenueis ne dedignare camœnas.
Forte inter uirideis (ſi uera eſt ſama) geniſtas,
C apripedes Satyri, paſſimq́; agreſtia Panes
N umina cum Faunis, & montiuagis Siluanis,
E xercet dum Sol raucas per rura cicadas,
V itabant æſtus: qua pinguia culta uadoſus
I rrigat, & placido curſu petit æquora Sarnus.
G rata quies nemorum manantibus undiq́; riuis,
E t Zephyris denſas inter crepitantibus alnos.
D umq́; leueis aptant calamos, dum ſibila preſſis
E xplorant digitis: tenuiq́; foramina cera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

O bducunt, uario modulantes carmina cantu:
A uricomæ uiridi ſpeculantur ab ilice Nymphæ
D ulcia clariſonis ſoluentes ora cachinnis:
S ed prope ferre pedem metuunt. nam ſæpe labores
A udierant Penæa tuos: & qualibus olim
I nfelix Eheu uirgo Nonacria fatis
I nfelix uirgo (quid enim non illa moueret?)
P ana metu fugiens è uertice Cyllenæo,
P ana deum Arcadiæ, quãuis pulcherrima, quamuis
D ianæ ſacros inter lectiſſima cœtus,
N odoſa tenerum mutarit arundine pectus.
Q uas ſimul ac nemorum petulans, effrenáq; pubes
S emiferi uidere per herbida prata uagantes:
O cultamq́; imis flammam traxere medullis:
S ic timidas blandis hortantur uocibus ultro.
Huc huc ò teneræ placidiſſima turba puellæ:
Q uid procul adſtatis? potius ſuccedite ripæ,
E t uiridi in prato molles de more choreas
D ucite: quandoquidem calamos inflamus inertes:
E t fruſtra ad ſurdas iactamus carmina ſyluas.
I llæ nil contra: celeri ſed nuda parabant
C rura fugæ, tutosq́; agitabant mente receptus,
S iquà forte uiam per ſaxa irrumpere, & altis
E uaſiſſe iugis, deus, aut ſua fata dediſſent.
T um iuuenes, procul ò, clamant, procul iſte puellæ
S it timor: ignauas animo depellite curas.
N ullæ hic inſidiæ, nullæ per aperta latebræ:
C uncta patent: nullas abſcondunt hæc loca fraudes.
N os quoq; non Lernæ monſtris, non igne Chimæræ,
S cyllæis'ue lupis geniti, aut latrante Charybdi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Qui uestra immani laceremus uiscera morsu:
S ed diuûm genus, & qui semper rupibus altis
V obiscum crebris uenatibus insultemus.
H is dictis permulsi animi, securáq; tristem
C orda metum eijciunt: gressúq; per uda citato
P rata, deis tandem cupidis, ripæq; propinquant.
T um manibus simul implicitis per gramina festas
E xercent choreas: aliosq;, aliosq; reflexus
I nter se lætæ repetunt: nunc corpora librant
I n saltus: nunc molle latus, nunc candida iactant
B rachia: & alterna quatiunt uestigia plantæ.
H ic Satyri, quanquam uoces audire canentum
C rudeles, quanquam niueas spectare papillas,
E xultant, oculisq; bibunt sitientibus ignem:
T anta tamen sæui gliscit uis effera morbi
P ectoribus, præcepsq; amor, & malesana libido:
V t calamis sensim eiectis, ruptóq; repente
F œdere, surgentes ab humo, uento ocyus omnes
E xiliant: spretaq; deûm pietate, fideq;
A h pauidas Nymphas, subitóq; horrore rigentes
I nuadant auidi, sæuorum more luporum,
Q ui lætus medijs proturbant lusibus agnas,
O blitasq; sui passim rapiuntq;, trahuntq;,
D um uiridi in campo cursant, aut ualle sub alta:
E t custos ignarus abest, & amicat canum uis.
S ic illi. at miseræ discisso pectore Nymphæ
F rondiferam mœstis syluam clamoribus implent:
A tq; huc, atq; illuc fugiunt. non saxa, neq; altis
T uta putant loca senta rubis. hinc ardua montis
P rærupti iuga, diffusos hinc stagna per agros

A dtonitæ circumspiciunt. uia nulla salutis:
E t iam spes prærepta fugæ: tum deniq; ad undas
C onsistunt trepidæ, flauosq; à uertice crines
C um lacrimis, gemituq;, & flebilibus lamentis
A bscindunt, Sarnumq; uocant, liquidasq; sorores.
D umq; uocant, fundo properat chorus omnis ab imo
N aiadum: properat uitreæ rex cærulus undæ
S arnus, inexhaustumq; uadis ciet agmen aquarum
R aucum sonans. sed quid Sarnusue, aut illa natantum
A gmina Naiadum possint, ubi ferrea contra
S tant fata, & duro leges adamante rigescunt?
E rgo defectæ cura, auxilioq; deorum,
A c cœlum pariter Nymphæ, lucemq; perosæ,
V num illud, rebus tandem quod restat in arctis,
F inem optant. iamq; in fluuium se mergere adortæ,
M embra reclinabant, & aquas prono ore petebant:
C um subito obriguere pedes: lateq; per imos
E xspatiata ungues radix, fugientia tardat,
A dfigitq; solo uestigia. tum uagus ipsis
S piritus emoritur uenis: indignaq; pallor
O ccupat ora: tegit trepidantia pectora cortex.
N ec mora: pro digitis ramos exire uideres,
A uratasq; comas glauca canescere fronde:
E t iam uitalis nusquam calor: ipsaq; cedunt
V iscera paulatim uenienti frigida ligno.
S ed quamuis totos duratæ corporis artus,
C audicibusq; latus, uirgultisq; undiq; septæ,
A c penitus Salices: sensus tamen unicus illis,
S yluicolas uitare deos: & margine ripæ
H ærentes, medio procumbere fluminis alueo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

CASSANDRAE MARCHESIAE,

MVLIERI PRAESTANTISS.

EGLOGA SEXTA.

HERPYLIS PHARMACEVTRIA.

Dorylas. Thelgon.

Ed iam uulgatos & nos referamus amores:
Quos pariter grata scopuli pendentis in umbra
Hinc Dorylas, hinc Theleboi maris adcola Thelgon
C ertantes docuere. quibus caua litora, & ipse
A equoreus Platamon, sacrumq; Serapidis antrum
C um fonte, & Nymphis adsultauere marinis.
Tu mihi, seu doctas percurris Palladis arteis,
M æoniæq; aurum, & subtegmina uincis Arachnes:
S eu Dryadum choreis, cœtuq; immista Dianæ
H aud minor incedis: pictaq; adcincta pharetra
V enatu Prochyten, maternaq; regna fatigas:
S iue Dicharchæis qua molibus adsilit æquor,
L udenteis spectas Nereïdas: en age nostros,
(S i quis honos pelagi) Cassandra en adspice lusus.
N on ingrata cano, penitusq; iniussa. Neq; unquam
A rguerint uentura meis te secula chartis

Præteritam.

P ræteritam. faueat modo non inuitus Apollo,
E t quæ me facili uexere per æquora remo
P ierides: queis longa dies, & nomina curæ.
I nterea Dorylan iuuet hic audire canentem.
Dor. Sebethi ad liquidas descenderat Herpylis undas,
H erpylis Euboidum non ultima: quam pater Alcon
E rudiít, Musis & Phœbo cognitus Alcon.
V enerat & socíj partem subitura laboris
V nanimis soror: & calathum de more ferebat.
I psa comas effusa, pedemq; exuta sinistrum
C um Philtris longum submurmurat: atq; ita fatur.
Pone aram, & uiuos hauri de flumine rores:
C anaq; uicino decerpe absynthia campo.
I llum illum magicis conabor adurere sacris,
Q ui miseram tota spoliatam mente reliquit.
Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
R hombus ad Aemonias reuocetur aheneus arteis:
S istere qui pluuias, qui pellere nubila cœlo,
Q ui potis est trepidos undis abducere pisceis.
Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.
A lga tibi hæc primum tumidi purgamina ponti
S pargitur, & rapidis absumitur arida flammis.
S ic mihi sic Mæon uraris ad usq; medullas.
Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
T er muscum Clearista, ter hunc sine forcipe cancrũ
V re simul, cumq; his dic uiscera Mæonis uro.
Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.
S pongia nũc lacrimis pfunditur. heus bona magno
S pongia nata mari, lacrimas bibe sedula nostras.
V tq; rapis sitiens illas, sic Mæonis omnem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Mæonis ingrati rapias de pectore sensum.
Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
Vt pumex pinguescit, ut æquoris unda quiescit,
Quæ uentis agitata huc, illuc concita fertur.
Sed quid ego heu tristi pectus concussa dolore
Imprecer, & uanis iactem conuicia uentis?
Mæon tot mihi damna, ego Mæoni uerba rependam?
Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.
Huc huc, qui rigida meditaris uulnera cauda
Sæue Trigon, & tu, proprium cui sistere naueis
Veliferas Echenæis, adeste: & Mæonis acreis
Tu retinere pedes, tu figere corda labora.
Voluite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
Tunde iecur, spumamq; simul torpedinis atræ.
Hæc ego cras illi lethalia pocula mittam:
Ebibat, & subito pallenteis torpeat artus.
Voluite præcipitem mea licia uoluite rhombum.
Scinde manu Leporem. Leporis penetrabile uirus.
Nascitur Eois hic fluctibus: adtulit Aegle,
Docta Aegle, iussitq; inimicum tangere limen.
Curre age, tange simul, simul obline. cras mihi pœnas
Perfidus ille dabit: gemet ipso in limine Mæon.
Sistite præcipitem iam nunc mea licia rhombum.
Contere & Halcyonis nidum mihi. Pellere uentos
Dicitur, & sæuas pelagi mulcere procellas.
Forsitan hic nostros sedabit pectoris æstus.
Sistite præcipitem, iam sistite licia rhombum:
Hactenus ille. qd huic subiunxerit ordine Thelgon,
Accipe. non omneis unus dolor angit amanteis.
Thel. Rupe sub hac mecum sedit Galatea. uidebam

Et Capreas, & quæ Sirenum nomina seruant
Rura procul. ueteres alia de parte ruinas
Herculis, ambusta signabat ab arce Vesenus.
Exere cæruleos Triton de gurgite uultus.
Ipse meas Triton Nereo deferre querelas,
Ipse potes curua resonans super æquora concha
Et scopulis narrare, & fluctiuagis Balænis.
Exere cæruleos Triton pater exere uultus.
Hic primos mihi congressus dedit illa roganti:
Hic niueam formosa manum porrexit, & (Eheu
Quid recolo?) tacitos in me defixit ocellos.
Exere cæruleos Triton de gurgite uultus.
Huc ades ô mea cura. quid ô quid lenta moraris?
Ipse ego te propter, socios, cymbamq; reliqui.
Exere cæruleos Triton pater exere uultus.
Hic tibi consuetas formosior explicat umbras
Populus. Amplector sæpe hanc, atq; oscula figo
Corticibus: sæpe ipsa pedum uestigia quæro.
Et siquid manibus tetigisti, floribus orno.
Exere cæruleos Triton de gurgite uultus.
Quem mihi nunc præfers? si te iuga frondea, si te
Arbuta, pascentesq; iuuant per rura capellæ:
Nos quoq; non graciles nunc primũ iungere auenas
Discimus. incisas implent mea carmina fagos:
Et mea Mænalijs pendet iam fistula syluis.
Exere cæruleos Triton pater exere uultus.
Sin magis adrident hæc litora, sin magis alti
Diuitiæ pelagi: sparsos quis cogere pisceis
Doctior, aut rigidum dextra iactare tridentem?
Exere cæruleos Triton de gurgite uultus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Non ego delphinus, te iudice, non ego thynnis
Aequore uel medio dubitem certare natando.
Quid tibi me iactem? cui uix numerare uel hamos
Nunc uacat, aut restes, oneratáq; retia plumbo,
Et Sinuessano textas de uimine nassas.
Exere cæruleos Triton pater exere uultus.
Me Ligurum duræ rupes, me Galliæ norunt
Litora: piscantem pariter me Varus, & ingens
Sensit Arar, sensere maris fera monstra Britanni
Obrue cæruleos Triton sub gurgite uultus.
Et post hæc heu dura fugis. non te mihi tellus
Extera, non uenti rapuere. sed accipe munus,
Accipe. non ultra tecum Galatea sedentem
Adspicies. I læta nouas meditare choreas.
Obrue cæruleos Triton pater obrue uultus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

BATTVS, THELMETHOVS.

Si fas est lusus, & uera referre uicissim:
Quo cœlum mouit, iussitq; tremiscere terras,
THELMETHOI carmen stipula meditemur inani.
Nec minus æternos BATTI dicamus amores:
Si fas & lusus, & uera referre uicissim.
Tu mihi, cui late Tellus, Herebiq; nocentes
Vmbræ, & syderei parent spatia ardua Cœli,
Quādo olim Parthumq; Ducem, Tyriasq; phalāges
Auspicijs Romana tuis in sacra receptas
Ipse canam melius: nec te præsente uerebor,
Itala Castalides excire ad bella sorores:
O cui nunc Pacis, rerum te MAXIME CLEMENS
Præside, nunc humiles non aspernabere lusus.
Vix se se rutilo patefecerat Hesperus ortu:
Quum matres teneri compellant uocibus Agni.
BATTVS in hæc passis prorupit ad æthera palmis.
Bat. Occide, iamq; diem magno sol obrue ponto.
Nox mihi cara. solet miseros hæc semper amores,
Et commissa sibi, nulli referanda Deorum,
Aurea perpetuis inuoluere furta tenebris.
Præsta age Sicanijs mea mi noua uictima flammis.
Sicanij quondam uomuere incendia montes:
Iidem uix tenues liquidum modo in aëra fumos.
Sed noster quamuis nunquam non arserit ignis:
At nunc præcipue tamen in præcordia sæuit.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flammis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

V ictima crudeli uitam ne morte precetur.
S ic decet: & uotis melius, precibusq́; litandum est.
P roq́; mola gemitus, lacrimæ pro sanguine sunto.
A ut aret, aut tenero seruetur Taurus Amori.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flammis.
O' lacrimæ, o' gemitus: Ah qui præcordia quassat
I mpetus? o' superûm si cui mortalia curæ,
(Quandoquidē cœlū nō hoc mihi inane putandū est)
N e facite insano peream succensus amore:
A tq; hic experiar pelagi fera monstra sicani.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flammis.
T e miser è latio, uastum quà despicit æquor
C ucius, & saxis notus Pelerinus acutis,
V t primum adpulsus, delegi è millibus unam.
E t iam non pueri poteramus scire, quid esset.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flammis.
D ura animi uirgo, quam nec noua carmina, nec tot,
E t tam blanda gregis placarunt munera nostri.
A t maneis quoq; dona mouēt: & ARIONA delphin
N escio quem facili subijt per cærula tergo.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flammis.
H inc etiam Tigres absunt, Vrsiq́;, Leæq́;,
E t qui præterea Gryphesq́;, Vriq́; feruntur:
S erpentumq́; genus uarium, pictiq́; dracones.
Quid CHARETINA fugis? Dū formā sufficit ætas
I ntegra, ne diuûm cœlestia munera temne.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flāmis.
S i mihi credideris, patrios imitabere fœtus,
N ectareos læta pressos uel arundine succos,
V el non ingratos hyblæi mellis honores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

N am facere o CHARETINA, ipsa te iudice, debet
A d mores etiam, cui ius stat in omnia, cœlum.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flămis.
M ōstrū Scylla procul, rabidæ procul ora Charibdis:
F umātēq; procul turpis POLYPHEMVS ad Aethnā
E xcubat, & nautas dirum conclamat in omneis.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flammis.
N e sæui CHARETINA. Ades huc mea uita, meū cor:
N anq; uides, quantum non sunt hæc litora tanti,
V t tantum nostras contemnas dura querelas.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flammis.
N unc armenta lupis constent: caua litora nulli
C ontingant fluctus, nullas uaga flumina ripas.
D eserat hos, illis niteat sol aureus indis.
G allus in Eoas moueat sua Gæsa cateïas,
H esperiæ siculæ, Brutæq; oblitus auenæ.
Præsta age sicanijs mea mi noua uictima flammis.
Quòd si nec precibus, lacrimis neu flectitur ullis:
I am peream. Cui. n. Domina uiuemus iniqua?
A h miserum rigido pectus transfigere ferro
N os quoq; posse sciat. Vos chara armenta ualete.
Cede age sicanijs mea uictima, cede age flammis.
H æc BATTVS. Tum quæ firmi subiunxerit oris
T HElmethous, dic Musa. POTEST amor oĩa solus.
Thel. V ltura indignos auersi SANCIS amores,
H umana SANCIS nulla reuocabilis arte:
L ustratis magico tandem de more puellis
Q uatuor, in triuium solers concesserat AEME.
Q ua neque uel patrij magalia regia montis,
V el uicina colit Phœnicia rura Panhormi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

N ec gelidam tenuit Rhodopen, & Thessala Tempe
V lla, Poli geminos peruertere doctior axeis:
C armineq; à pedibus componere rursus eosdem.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
N umina nec terris desunt, nec numina ponto:
T artareas etiam sedeis, uastasq; lacunas,
A urarumq; domos superas, & tecta frequentant:
I nq; uicem cœli flammantia sydera torquent.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
T u procede mihi nullo deterrita cantu,
N ullius Aemonij pellecta in licia rhombi:
(Omnia quando aliter) nitido soror æmula curru.
Aggrediemur, anus docuit quas THATRACHIS artes
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
E n locus: Hic certo ducatur circulus orbe.
H uc mihi, quæ uiuo sacros de fonte liquores.
D extra Acaensem OPIS: Pallam tu porrige læua.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
S anctum corripe tu dextra, læuaq; uolumen:
N e'ue aperi, caue. Iam nusquã strepit aura: quescũtq;
O mnia: & obliquos posuerunt sydera cursus.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
A uroram SPIO, tardi PHOENVSA Bootæ
S pectabis currus: Lybiam, Caurosq; procaces
O PIS, at occiduum MENELANTA tuebere solem.
Surgite ab æthereo sacra Numina, surgite campo.
N on ego nunc tenueis stygio de gurgite manes
E liciam, & trepidos aliena in Regna ciebo.
Surgite ab ethereo sacra Numina surgite campo.
M ente plagas agito penitus superare repostas:

Et puro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

E t puro indigenas habitantes æthere diuos
S olliatare: sacro quicquam si carmine possum.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
N e circunducti tutæ de munere ferri,
N e trepidate meæ: uultus'ue horrete uagantum.
Q uàm me sæpe auræ, quoties sensere uolantem
N ubes? argutisq; lupis ferus obuius? At uos
H umana, & miti descendite Numina forma.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
V os ego, ni dicto. uos hic mihi sibilus, & qua
I psa ego commoueor, uacuas uox missa per auras
E uocat. En magnæ rerum parete magistræ.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
E n caput, en humeros, supremum insigne uidetis.
A tq; alia ex alijs cognoscite: quæ sibi quondam
B arbarus explicuit: multa qui clarus ab arte,
D iues opum, felix Solymis regnauit iniquis.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
A t ueniunt: Io, Io comites, quæ cuiq; libido,
D ũ simul empiruat, simul umbra redãtruat umbræ,
P oscite: neu triuiæ contemnite munera Phœbes.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
F ormosum mihi Mamertina abducite terra,
E n rapite, en unum, repeto, mihi reddite SANCIM.
N am meus ante fuit. Properate, sit ille, quod olim.
Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo.
A t ne syderei lædantur membra Camilli,
I mpero: nec longos cœli per inania tractus
E xtimeat: tantum Zephyris mulcentibus auras
V ratur, ueteresq; pererrent pectora flammæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Surgite ab æthereo sacra Numina surgite campo:
Ilicet ecce adsunt. Meus ecce: uel erro, & inaneis
Hic quoq; rerum umbras miseræ captamus amātes?
Certus adest. Teneo iam Dijs felicior ipsis.
Scandite in æthereum, iam scandite Numina cāpū.

VIRGILII. PHARMACEVTRIA.

Damon. Alphesibœus.

Astorum musam Damonis, & Alphesibœi,
p Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certanteis: quorum stupefactæ carmine lynces:
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui:
Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit unquam
Ille dies: mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit: ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium: tibi desinet. accipe iussis
Carmina cœpta tuis: atq; hanc sine tempora circum
Inter uictrices ederam tibi serpere lauros.
Frigida uix cœlo noctis decesserat umbra:
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
D. Nascere, præq; diem ueniens age Lucifer almum:
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror: & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci: extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.

Mænalus argutumq́; nemus, pinosq́; loquentes
Semper habet: semper pastorum ille audit amores:
Panaq́;, qui primus calamos non passus inertes.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Mopso Nisa datur. quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis: æuoq́; sequenti
Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.
Mopse nouas incide faces: tibi ducitur uxor.
Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
O digno coniuncta uiro, dum despicis omnes:
Dumq́; tibi est odio mea fistula: dumq́; capellæ,
Hirsutumq́; supercilium, prolixaq́; barba:
Nec curare deum credis mortalia quenquam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Sepibus in nostris paruam te roscida mala,
(Dux ego uester eram) uidi cum matre legentem.
Alter ab undecimo tum me iam cœperat annus:
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
Vt uidi: ut perij: ut me malus abstulit error.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Nunc scio, quid sit amor. duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rodope, aut extremi Garamantes
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus. crudelis tu quoq; mater.
Crudelis mater magis? an puer improbus ille?
Improbus ille puer. crudelis tu quoq; mater.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.



Nunc & oues ultro fugiat lupus: aurea duræ
Mala ferant quercus: Narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricæ.
Certent & cycnis ululæ: sit Tityrus Orpheus:
Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Omnia uel medium fiant mare. uiuite syluæ.
Præceps aërij specula de montis in undas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Mænalios, iam desine tibia uersus.
Hæc Damon. uos quæ responderit Alphesibœus,
Dicite Pierides. non omnia possumus omnes.
Al. Effer aquam: & molli cinge hæc altaria uitta:
Verbenasq; adole pingues, & masculla thura:
Coniugis ut magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Carmina uel cœlo possunt deducere lunam:
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo: terq; hæc altaria circum
Effigiem duco. numero Deus impare gaudet.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modo: et Veneris dic uincula necto.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit,
Vno, eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Sparge molã: & fragiles incẽde bitumine lauros.
Daphnis me malus urit. ego hãc in Daphnide laurũ.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Talis amor Daphnin, qualis, cum fessa iuuencum
Per nemora, atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua
Perdita: nec seræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui. quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando. debent hæc pignora Daphnim.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Has herbas, atq; hæc ponto mihi lecta uenena,
Ipse dedit Mœris. nascuntur plurima ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulchris,
Atq; satas aliò uidi traducere messes.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Fer cineres Amarylli foras: riuoq; fluenti,
Transq; caput iace. ne respexeris. his ego Daphnim
Aggrediar. nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.
Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonum sit.
Nescio qui certe est: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite, ab urbe uenit, iã parcite carmina, Daphnis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

EOBANI HESSI EX THEOCRITO INTERPRETATIO.

h As lauros, hæc mista fer huc age Thestyli philtra,
A tq; hæc purpureæ tege pocula uellere lanæ:
E xcantare uirum magno mihi amore molestum
A ggredior, quem nunc bis sex desidero soles:
Qui nec utrum uiuam, nec utrũ sim mortua, nouit:
N am mea nequaquam iandudum limina pulsat
I mprobus: an'ne aliò placidos ille egerit ignes
I nconstans amor, & facili mutabilis aura?
T imageti igitur cras fortis adire palæstram
C onstitui, ut calido sudantem in puluere uisum
I ncusem, quibus ille malis me ludat amantem.
N unc tamen excantabo uirum: mihi sacra ferenti
L una faue, claraq; uelis te in luce uideri:
S acra tibi taciturna feram, tibi carmina dicam:
O dea, terrestriq; Hecati, quam luce carentem
B usta per & nigro gaudentem sanguine, ad auras
S urgentem patulis catuli timuere sepulchris.
T u nunc salue Hecate, Eumenidũ dea magna potẽtũ:
I n finemq; adsiste, nec inferiora paranti
P harmaca Medeæ'ue, aut flauicomæ Perimedæ,
A ut quibus usa fuit stellati filia Solis.
Iynx redde domũ retrahẽs mihi redde maritũ.
F arra tibi hæc primum sacro comburimus igni.
S parge sed infelix age Thestyli, quis tibi mentem
E ripuit furor? an derides improba? uerum
S parge simul dicens, hæc spargo Delphidis ossa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Iynx redde domũ retrahens mihi redde maritũ.
D elphis me malus urit, ego hanc in Delphide laurũ.
A tq; ut in igne crepans incenditur illa, nec ulli
A mplius apparent cineres, ustæ'ue fauillæ,
S ic uno in cineres abeat atro Delphidis igni.
Iynx redde domũ retrahẽs mihi redde maritum.
H æc ut agente dea flammis mihi cera liquescit,
S ic in amore meo liquefiat Delphis: ut autem
A ereus hic Rhombus conuertitur à Venere ipsa,
I pse uolutetur sic ad mea limina Delphis.
Iynx redde domũ retrahens mihi redde maritũ.
F urfura nunc tibi sacrifico, tu Ditis in aula
C onfregisse adamanta, & siquid durius illo est,
M agna Diana potes: sed in urbe latratibus ædunt
N unc mihi signa canes: certe dea uenit, & errant
I n triuijs, resonantq; citis tinnitibus æra.
Iynx redde domũ retrahens mihi redde maritũ.
E cce silent taciti tranquilla uolumina ponti,
E t nocturna graues posuerunt flamina uenti.
A t non illa tacet, non pectoris illa quiescit
I ntima flamma mei, sed tota peruror in illo,
Qui me legitima miseram pro coniuge fecit
E sse malam tristemq; dolore pudoris adempti.
Iynx redde domũ retrahens mihi redde maritũ.
N unc ego ter libo, ter & hæc bona carmina dico,
S iue leuis mulier, seu quis puer accubat illi,
I llius impediant tam crassa obliuia mentem,
T hesea quàm memorãt quondam tenuisse superbum,
D eserto quum pulchrã Ariadnan in orbe reliquit.
Iynx redde domũ retrahens mihi redde maritũ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Nascitur Hippomanes in montibus Arcados oræ,
Herba nocens, qua tota armenta mouentur equorum
In furias, rabidiq; feruntur in auia pulli:
Sic ego te Delphin uideam hæc in tecta reuerti,
Correptum furia pingues liquisse palæstras.
Iynx redde domũ retrahens mihi redde maritũ.
Perfidus hanc Delphis de chlæna perdidit oram:
Hanc ego nunc uellens duro infero protinus igni.
Heu crudelis amor, quid inhærens ossibus omnem
Sanguinis humorem bibis ut fluuialis irudo?
Iynx redde domũ retrahens mihi redde maritũ.
Nunc ego uirosæ tero frigida membra lacertæ,
Pocula cras tibi præsentis missura ueneni.
Verum age sume uenena hæc Thestyli, et ista subũge
Limina, quæ nunc me retinent ceu reste ligatam,
Quandoquidem de me nil curat perfidus ille:
Et tacito dic murmure, spargo Delphidis ossa.
Iynx redde domũ retrahens mihi redde maritũ.
Nunc certe, nunc sola manens, q̃bus utar amorem
Deplorans lacrimis? quæ prima exordia captem?
Nostra quis immisit deus hoc in corda uenenum?
Plena canistra ferens Eubuli uenit Anaxò
Filia, ad hæc triuiæ nemoris loca sacra Dianæ,
Tempore quo sanè uariarum pulchra ferarum
Pompa parabatur, quas inter sæua Leæna.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
Et me Tencharide nutrix hæc Thressa rogauit,
Hæc uicina meis foribus mulierq; beata,
Vt pompã aspicerem, quam protinus ipsa sequebar,
Infelix pulchra circundata corpora bysso,

Suspensamq;

Suspensamq; gerens Clearistæ xystida collo.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
Iam mediam permensa uiam, qua rura Lyconis
Sunt sita, Delphin ego hic atq; Eudamippon euntes
Conspexi simul: his coma flaua æquãs Helichrysum,
Pectora splendidiora fuerũt lumine Lunæ,
Vt qui desererent calidæ graue munus arenæ.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error,
Vt miseræ mens læsa, ut formæ protinus omnis
Dilapsus uigor effluxit: nec iam amplius ulli
Instabam pompæ, nec tum satis ipsa sciebam,
Quo'ue domum pacto post illa reuersa fuissem
Curabam, sed enim morbo populabar acuto.
Noctibus ergo decem totis, totidemq; diebus
Decubui, duro recubans moribunda cubili.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
Iam mihi corpus erat pallenti debile thapso
Pallidius, prorsumq; leues cecidere capilli,
Et cutis exanguis nudis uix ossibus hæsit.
Quas ego non scrutabar anus, quas posse putarem
Carminibus misero medicamina subdere morbo?
Sed nihil hoc leuiora mali contagia sensi.
Interea cursu ceu præpete tempus abibat.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
Protinus hæc famulæ nimiũ quoq; uera loquebar:
Heus agedum duri mea Thestyli quære doloris
Curam aliquam, quia me totam nunc Myndius iste
Possidet, & miseram curis ingentibus urit.
Ad Timageti tu nunc digressa palæstram

O bserua,nam sæpe illic uersatur oberrans.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
I llum ubi conspicies abeuntem,& nota palæstræ
L imina linquentem,tacite innue,& ista memento
D icere:te Simætha uocat:si adducere possis.
H æc ubi dixissem,citius dicto illa profecta
A dduxit iuuenem formoso corpore Delphim.
Quem simul aspexi uenientem præpete planta,
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna,
O brigui niue frigidior,similiq; pruinis
H umidus ex tota sudor mihi fronte fluebat.
I am quoq; lingua stetit:nec tantum uocis habebam,
Quantum chara uocans in somnis filia matrem,
P allenti similis bullæ iam tota colorem.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
H ic me ille aspiciens,in terram lumine fixo,
I n lecto assedit blanda sic uoce profatus:
P ræuenisse quidem tu me Simætha uideris,
H æc in amica uocans tua nunc me limina,tantum,
Quantum ego formosum cursu præuerto Philinum.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
V enissem nanq; ipse,per ipsa Cupidinis arma
T ertius,aut quartus uenissem nocte futurus
I pse tibi qualem non dedigneris amicum,
I nq; sinu placido Bacchi sacra mala tulissem,
I n capite Herculea gestans de fronde coronam
P opuleam,cingens uestisset purpura circum.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna.
Quòd si me admisissetis, laudandum,& amicum
F ecissetis opus,quia dicor & ipse probatæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

E t facilis iuuenes inter bonitatis athletas.
A tq; ita concubitus'ue tuos, aut oscula saltem
S umpsissem formosa, aliò si forsan amantem
M e repulissetis: sera si præfixa fuisset,
L ampadas huc adduxissem cunctasq; bipennes.
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Lune.
N unc bone quod Veneri prima hæc ego debeo, postq̃
T u me quo torrebar ab igne secunda leuasti,
O mulier tua grata uocans ad limina amantem
S emiustum misere. Nam Vulcano Liparæo
S æpe superbus amor grauiora incendia miscet,
Vnde hic durus amor mihi uenerit accipe Luna,
E t castas terret furiarum uerbere Nymphas,
L inquentes thalamosq; uiri calidumq; cubile.
D ixerat hactenus ille: ego dudum credula, dextram
I llius attingens in mollia strata reclino,
M ox calefiebat de corpore corpus, & ora
F eruebant solito uehementius, atq; id agentes
S uauiter alterno confundimus ora susurro.
E t ne chara diu nuger tibi Luna, peractum est
Q uod summe placuit, cupidi quod iniuimus ambo.
H oc desiderium conceptum fouit amorem,
I urgia nec grauibus contraximus ulla querelis
A mplius, excepto quod heri turbauit amantem.
V enit enim mater nunc in mea tecta Philistæ
I llius illa meæ tibicinis, atq; Melixûs,
Q uando hodie auroram roseitraxere iugales
O ceano, cœli ad fastigia prima relicto.
Q uæ cum plura mihi, tum Delphida dixit amorem
C onuertisse aliò: sed seu puer ille fuisset,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S eu mulier, quam depereat, se scire negabat:
S ed tantum quòd amet, nimioq; offusus amoris
A estuet ille mero, tandemq; ut abisset, & illi
D ixisset, se uelle fores ornare coronis
I llius, hæc mihi uera hospes uerissima dixit.
E t prius ipse ad nos persæpe uenire solebat,
N obiscumq; olearia uasa relinquere Delphis:
H æc est nunc bis sexta dies postquam ille recessit,
N ec rediit: fruitur'ne alio securus amore
O blitus nostri? cui nunc hæc philtra paramus:
E t certum excantare uirum est: si perget, & istis
A mplius afficiet curis, Plutonia quæret
R egna, domos pulsans Parcarum, & fata subibit.
T alia tamq; potentia pharmaca cistula diues
H æc tenet: Assyrio quod habemus ab hospite munus.
At tu nunc ueneranda uale, niueasq; quadrigas
A d mare uerte tuas, duros perferre labores
S icut constitui, ipsa feram: nunc pulchra colorem
S alue Luna, aliæ saluete & uos mihi stellæ,
P ost axem tacitæ subeuntia sydera nocti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

MORSON, ET CEPHYLAS PISCATORES.

M. Nunc animo pariter nobis, linguáq; fauendum
O' CEPHYLA. sunt hic præsentia Numina diuûm.
C. Nil ergo hac MORSON uacui faciemus ĩ umbra?
M. Nil CEPHYLA. Aulæis tantum sine fine beatis,
Quæ mare, quæ terras æterno uere nitenteis,
Et cœlum referunt, fas, oblectere silendo.
C. At nullo prorsus sermone leuabimus aureis?
Non'ne satis fuerit, toto quòd retia ponto
Cessant, & nullæ pertentant ostia nassæ?
Non hami in manibus, nõ fuscina. Denique nostrum
Pro se quisq; pedem uix iam facit: ipsa coacte
Nostra modo hæc radens abiegnis Cærula palmis.
Quorsum opus est, etiã præstare silentia MORSON?
M. Edocti multa sic relligione tenemus:
Mortali diuina nefas quæcunq; mouere.
Sed tu siquid habes, haud nobis angulus ædis
Deerit, uel cœlo spaciosum litus aperto.
C. Vis tibi, quod superis nec sit graue forsan, et ipsam
Hanc quoq; respiciat lucemq;, & sacra, canamus?
Ocia quandoquidem frustra tam lenta moramur
Segnes, & nulla capti dulcedine rerum.
M. Sub IOVE cũcta licent. Nihil ẽ IOVE maius ĩ orbe.
Huc ades. Hac nullos superûm lædemus in alga.
C. Dum pius ignauum iam terq;, quaterq; sonoro
Aere ciet populum, nunquam de more frequentem:
Adcingitq; adytis sese: pondusq; sacrorum
Nondum etiam puris expensum rite ministris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

IOLAS.

Augusta impertit properans ad templa sacerdos
Dum graditur, pompamq; trahit spectandus in auro
Plurimus, & festus carmen meditatur ad aras.
Dicam, quod iuuenum circumplaudente corona,
Saxo innixus heri senior cantabat IOLAS.
Dumq; alij ad solem funeis, & retia siccant:
Forte ego de scopulo, leueis per litora conchas
Captans, audiui: Iuuitq; ediscere totum.
Tu * laudes, tu * nobis
Ipse tuum, si tanta tamen feret ora, repones.
Crastina lux pueri, qua iam mutandus ab illo
SAVLVS abit multa perfusus lumina nocte:
Quid secum praesensq; ferat, moneatq; futurum,
Discite. Sunt uitae secum praesagia nostrae.
Ferrea nos canimus uobis hinc pensa dearum,
Quae uolumus seris testata nepotibus esse,
E docti certis per secula longa periclis.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa dearum.
Lucifer & nitido si fulxerit ortus eoo,
Clarus & occiduas idem petat hesperus undas,
Oceani pergent inuisere regna parentis
Ordine quisq; suo. Pauci modo, nostra, relicti
Rerum custodes adnabunt aequora pisces.
At contra laetae complebunt horrea messes.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa dearum.
Ipsa CERES cupidis ubi fauerit alma colonis:
Rarior adriacam nostra est tum praeda per actam.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa dearum.
Seu liquido terras inroret aquarius imbre:
Seu concreta magis spisso ruat aethere densae

V ellera cana niuis: præter solennia uota,
S pes anni, & læta miseris labor omnis in herba
D eperit agricolis. At merx uilissima pisces.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa dearum.
N ostris nos opibus Siculæ sine munere matris
S at dites, uanis quoties seges horret aristis.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa Dearum.
A eolio ad superos educti carcere uenti
I ndixere dolos, pacemq; odere proterui.
A rmari totum uideas tum classibus æquor:
A tq; tubas, atq; æra sacris terroribus auras
C oncutere, & durum late omnia poscere bellum.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa dearum.
N unquam non uenti terráq;, maríq; futuras
I nsidias, Martisq; monent instare tumultus.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa dearum.
P igræ propter humum nebulæ, per flumina nota
Aërij quales exhalant rura Casini,
More suo semper nocteis imitata malignas:
P erniciem late gregibus, lethumq; minantur
I nforme his etiam, PROTEVS quos pascit in alto.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa dearum.
M orbosq;, tristemq; luem prædicere suetus
P astores nebulas uotis auertite crassas.
Ferrea nos canimus, uos discite pensa dearum.
M. D ulce tuũ nobis, sed nec minus utile carmen
O CEPHYLA, dignum grandæuo carmen IOLA.
C. Tu contra, medio penitus si pectore *
Hæret, & æterno quoq; me sibi uinxit amore:
T u * refer, & te digna repende.

IOLAS.

M. Ne CEPHYLA, ne chare puer, nā plurima restāt,
His etiam tu plura uelis. Diuina sacerdos
Inchoat: & uacuæ fluitant, uiden, undiq; cymbæ.

CEPHYLAS, ET MORSON PISCATORES.

C. Nunc uacat o MORSON optata per ocia nobis:
Nunc recita, quæcunq; tuo de * quondam
Fatidici latias uates cecinere per urbes.
Sacra mihi, & festas neq;.n.causabere luces.
M. Ille quidem uates (quando parere necesse est)
Vates, & nostro longe quoq; maior IOLA,
Atq; prior Delphis, & Apolline certior omni:
Saturnoq; olim uiguit sub Rege: priusquam
Ipsa etiam colles peteret Carmenta latinos.
Priscis ex atauis seros id ad usq; nepotes
Perpetua carmen serie sibi, rettulit hospes
Seruatum, Pataui dum mecum uector ab urbe
Huc properat: Venetumq; diu palatia Regum
Immensam medijs molem miratur in undis.
Ipse canam: memori carmen tu pectore conde.
TROIVS excisa DVX unus, & alter ab Ida
Occupat Hesperiam lata ditione minorem.
Posterior, subitis latium qui territat armis:
Hostilisq; ferox factus cognominis hæres,
Transgreditur patrios infenso milite fines:
Ac primo Oenotriam subigens, mox extera regna,
Punica Romanæ magalia subijcit hastæ:

Extremosq;

E xtremosq; hominum, domita feritate, Britanos
C alcat, & Aethiopas seruos agit unus utrosq;:
A d primum generi (moneo) socerîq; duellum
C orruet in medio, modico post tempore, cursu.
T antarũ nec opum quicquam, nisi nomen, et umbræ,
E xigua in magnis olim monumenta ruinis
P erstabunt. Adeo uim uis uiolentior urget
S emper, & æterna nihil est sine pace beatum.
At prior Euganeis placidus qui considet aruis,
V i nulla hospitibus, nullo metuendus ab ense:
Q uiq; manu palmam, pleno maturior æuo,
P ræfert, & ramum semper pallentis oliuæ:
I nq; suæ indigenas transfert cognomina gentis,
V t VENETOS ultro dici iuuet: inde per omnem
A usoniam, iuuenis casum miseratus amici,
S uscipit imperium: & dedentibus undiq; sese
S ponte sua populis, iuris moderatur habenas,
C onsilio, & multa semper grauitate uerendus:
P erpetuam ITALIAE pariet PRIOR ille quietem:
N ec tantum Italiæ, toti sed maximus ordi
F actus, & æternis rerum successibus auctus.
At prohibent, lætos miseris effulgere soles,
F ata prius, magnum donent quàm * terris.
Demissum cœlo iuuenem mirabitur ætas
V ltima, & obtuso peior, se iudice, plumbo.
V tq; ego præstantis cœlestia munera formæ
P rætercam, & raras exculti pectoris artes:
H oc DVCE trans uastas italis à finibus alpes,
T ransq; mare auectus sardoas naue per undas
B arbarus in patrias remeabit nuntius oras:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Qui natis, merita ruerint qua morte parentes:
C oniugibusq; uirûm crudelia fata suorum
I mpos adhuc animi, atq; tremens, tot millibus unus
N arret: & illatam testetur iure superbis
C ladem: qua maior memoretur nulla priorum.
I anq; fore Italiam, nusquam non hoste fugato,
F elicem, & belli referat sine turbine lætam.
Tunc iterũ Ausonius VENETO sub Principe miles
H erculeas ultra statuet sua signa columnas:
T aprobanesq; nouas, Thulesq;: & quicquid ubiq;
T errarum, Pelagiq;, suo sub sole futurum est,
I nnumera ut tandem pateat post secula: tanto
A diectum imperio constanti pace beabit.
Insignesq; alis, & munere codicis aureo,
A c læua (mirum) calcantes æquora planta,
P er medias urbeis passim toto orbe LEONES
I am placidi, positaq; procul feritate colendi,
I ncedent rerum domini, & tutela deorum.
Tum ligo, tum curuæ tersa rubigine falces,
D esertisq; iterum uomer splendescet in agris.
P urpureæ cultis mitescent collibus uuæ.
E t mutata salix liquido pinguescet oliuo.
S tabuntq; hyblæo distenta aluearia melle.
M ixta rosis fundent candentia lilia uepres:
H orrentesq; ferent uiolaria mollia dumi.
P acato tutus credet se nauita ponto:
E t merceis alio nobis exponet ab orbe.
N on tinnitus erit, quenquam qui exterreat, ullus:
N on tuba, nec trepidi nomen clamoris ad arma:
S ed tantum suspensa tholo per scuta, per hastas

D um sibi quisq; suas urbeisq;, & rura frequentat,
D inidet ingenteis impunis aranea telas.
N ereïdes ludent, ludent ad litora pisces:
E t uario uolucres mulcebunt aëra cantu:
N ec sua deficient montanos præmia Panas.
M ille greges iuncti ter millibus armentorum
I bunt, & lætis decerpent gramina campis,
P lena domum niuei referentes ubera lactis:
L actis, quod suauem pascentibus effluet ultro
I n morem: & pulchro terras humore rigabit.
Omnia erunt aurum, sol aureus, aureus orbis,
E t siquid fuluo fuerit præstantius auro:
I nuideant regnis nostra hæc ut sceptra futuris.
Felices, quoscunq; manent ea secla nepotes.
C. A t, quorum intererit, tibi Dij quæcunq; mereris,
E t plura his tali MORSON pro carmine reddant.
M. Hac lusisse tenus potuit fortasse licere.
C. M ORSON siste gradum. quid tu mihi seria lusus,
A ppellas: tam certa Deûm dum fata recenses?
Q uin itera carmen: meq; his age lusibus exple.
M. Sit satis hoc hodie. socij te retia circum
S icca manēt CEPHYLA: me noster Daphnis i urbe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

GABRIELIS ALTILII EPITHALAMION.

P urpureos iam læta sinus Tithonia coniux
Extulerat, roseoq; diem patefecerat ortu,
Cæruleũ tremulo percurrens lumine pontum:
Qui cupido sua uota uiro, desponsáq; dudum
C onnubia, optatosq; toros, & gaudia ferret:
C um dulces patris amplexus, cum mœnia charæ
P arthenopes, notasq; excedens linqueret arces
S fortiadæ iuueni donanda Aragonia uirgo.
I pse leui pater aduolitans per cærula curru
N eptunus late undisonum substrauerat æquor,
I nsidiásq; minas pelagi: nec gratior undis
T emperies, cœlo'ue quies demissa sereno
A dfuit, aut aliàs spirarunt lenius auræ.
H ic studijs, uarioq; adsensu lecta iuuentus,
F ronde noua redimita comas, myrtoq; uirenti,
D um fremit: & ualidos certatim adnixa lacertos
R emigio expediunt alacres: transtrisq; locati
E xultant, lætoq; sonant cæua litora plausu:
D um patrio flet nata sinu: dum neptis auito
I n gremio, fratrumq; pijs complexibus hæret:
E t longum inter se chara ceruice morantur:
A c gemitu simul urbs omnis, simul ægra supremo
D igressu, desiderio intabescit ituræ:
L itoreq; effusi toto, atq; è mœnibus altis
P rospectant: mixtæq; uiris longo ordine matres
E t lacrimis incedentem, uotisq; sequuntur:
F elicesq; uias abeunti, aurasq; precantur:

P arte alia, quà perspicuo delabitur alueo
I rriguis Sebethus aquis, & gurgite leni
P rata secat, liquidis'q; terit sola roscida lymphis:
T ercentum diuersa locis se turba ferebant
V irginei cœtus nymphæ: Campana propinquis
Q uas tulit ora iugis: quas dulcibus educit antris
C entum Pausilypi, centum de uertice Gauri,
E t totidem calidis è litoribus Baiarum:
Q uæ'q; etiam Lyrim, lentisciferi'q; recessus
L interni, Bacchæa tenent quæ rura Vesevi,
C onueniunt: nec Vulturni, Sarni'ue puellæ
N on adsunt, non æquoreæ Nesidos alumnæ.
Q uas inter mediæ magna cingente corona
B is senæ superant forma præstante sorores,
A urea Sebethi soboles, quas cærula mater
P arthenope una sciens musarum, & docta canendi,
P arthenope primis teneras formauit ab annis:
I mbuerat cantu'q; nouo, numeris'q;, modis'q;:
P ars uiola, pars cæruleis implexa hyacinthis:
I llæ Apio, hæ Narcisso, aliæ immortali Amarantho.
P erpetuos nam'q; hos ipsæ sibi ludicra flores
S emper alunt, uiridem semper de rore nitorem.
E rgo inter sese manibus per mutua iunctis,
C ompositis'q; leues quatientes motibus artus,
I n numerum glomerantur. ibi uariante reflexu
N unc pedibus choreas, nũc carmina plaudere cãtu,
C armina, quæ curuis in uallibus adsultabant,
I ncepere, omnis Hymenæo ut ripa sonaret.
Magnorum tædas superûm, noctes'q; iugales,
E t cœli ueneranda canunt connubia Musæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

N os thalamos Isabella tuos, tua gaudia coniux
S fortiade, tenerosq; choris cantamus amores,
S anctaq; iura thori. Musarum nec pudet illos:
N ec te Naiadum Virgo, aut te carminis heros
P œniteat nostri. dilectæ fontibus & nos
P egaseis: præbet Sebethus pocula nobis,
S ebethus liquidos fontes, & mollia tempe.
Dicite Hymē Hymenæe Hymē ter dicite nymphæ:
T uq; nouas uisure faces, age Lucifer almum
P ande iubar, roseumq; oriens caput exere: tandem
E xpectate redi: nec amantum uota moratus,
C oge tuis agedum flammis concedere noctem
A ctutum: tibi si cupidi sua uota mariti
C oncipiunt: tardusq; redis si semper eisdem:
S i tacita quem mente diu optauere puellæ:
P rimaq; iucundæ uouerunt tempora noctis:
E xortum timidæ nutanti corde pauescunt
Dicite Hymē Hymenæe Hymē ter dicite nymphæ.
F ortunate gener tibi lux, tibi pulcher Eous
D eserit Oceanum, tibi candidus explicat ignes,
C andidaq; ora refert, fausto tibi sydere portat
C oniugium, dulcesq; toros, lætosq; hymenæos.
D exter enim è cælo, dexter Iouis astitit ales
N ascenti, crepuitq; nouum ter plausibus omen
A duolitans, dextrumq; adfulgens risit olympus.
H esperia in magna multis è millibus uni
V irgineos iunctura sinus Aragonia uirgo
A dueniat: sociosq; toros paret aurea coniux.
Dicite Hymē Hymenæe Hymē ter dicite nymphæ.
F ortunate gener, magnus tibi prosocer Atlas:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Quot'q; sibi à prima percenset origine Iberus,
A duenient reges soceri, Dis æqua propago.
H os tibi per titulos, atq; hæc per nomina felix
A duenict felix eadem sub stragula coniux:
S ydonio tecum excipiat quam lectus in ostro,
L anguidulos teneros sociantem pectore somnos:
M aternum seri numerent genus unde nepotes,
S e'q; olim magnis iactent à regibus ortos.
Dicite Hymẽ Hymenæe Hymẽ ter dicite nymphæ.
I lla tibi amplexus'q; feret, noctem'q; beatam,
I mplebit'q; tuos niuea ceruice lacertos.
Qualem nulla tulit priscis heroibus ætas,
I psa nec Eurotæ uiderunt flumina nymphas,
T aigeti aut iuga uirgineis lustrata choreis,
N ec nostri uidere chori: quibus addita, qualis
A urora exoriens stellis nitet alma fugatis,
P urpureum'ue solet bruma cedente nouum uer:
C andida se talem nobis Isabella ferebat.
Dicite Hymẽ Hymenæe Hymẽ ter dicite nymphæ.
I llam Dia parens dum nixibus edit in auras,
A mbrosio exceptam gremio Venus aurea fouit:
E t formam, formæ'q; decus, decori addit honorem:
A c primas tibi uirgo alijs cedentibus, inquit,
P rima feres, Veneri tantum collata secundas.
Dicite Hymẽ Hymenæe Hymẽ ter dicite nymphæ.
A dmouit quoq; blanda manus Saturnia Iuno:
P ermulcens'q; artus, sceptris haud, inquit, auitis
S ceptra minora gerens, latias Regina per urbes
I ncedes, populis'q; potens, & diuite regno.
M agna Iouis coniux, magni tibi coniugis omen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Praecinit: haecq; suis oppignerat oscula dictis,
Oscula quae in teneris sonuerunt pressa labellis.
Dicite Hymē Hymenaee Hymē ter dicite nymphae.
Nec Pallas non laeta suos impertit honores.
Nascenti primos eadem ad cunabula cantus
Concinuit, suasitq; leues tibi carmine somnos:
Atq; animum tibi uirgo, inquit, moresq; uerendos
Trado Diua, mares sensus, & uincere sexum:
Pallas acum, doctasq; manus tibi cedet Arachne:
Cedam uicta libens, Dea dixit. ibi aurea totis
Fluxerunt cunis flauae instrumenta Mineruae:
Et radius, pectenq;, & inaurati calathisci.
Dicite Hymē Hymenaee Hymē ter dicite nymphae.
Se Iunone Samos, iactant se Pallade Athenae:
Te Cyprus Cytherea, colunt iuga Cynthia Phoeben
At uirgo non una tuo de nomine tellus
Clarescit: se nostra tuis natalibus ornat
Parthenope, propriamq; uocat Sebethos alumnam:
Claraq; mox ipsis Insubris terra feretur
Connubijs: flauusq; comas Ticinus, & ingens
Eridanus, pronoq; ruens celer Abdua cursu
Adtollent caput: & tanto se nomine coelo
Aequantes, celsis elati cornibus ibunt.
Dicite Hymē Hymenaee Hymē ter dicite nymphae.
Maternam inuisens Delon Latonia uirgo,
Laetatur dulciq; solo, & natalibus aruis:
Laetatur superas repetens Proserpina sedes,
Mystica maternae cum sacra reuisit Eleusis:
Tu quoq; Sfortiacos uirgo adcessura penates,
Cognatas i laeta domos: genus inclyta mater

Vnde

V nde ferens, tanto talem te Diua parenti
P rogenuit: quod deinde tuis felicibus auctum
C onnubijs, duplici confirmes addita uinclo,
I psa uiri, fratrisq́; tui, coniuxq́;, sororq́;.
Dicite Hymē Hymenææ Hymē ter dicite nymphæ.
T ales rite toros, talesq́; iniere Hymenæos,
S aturno quos Rhea potens enixa marito,
C um primos illi thalamos Thaumantias Iris
I nstrueret, uarijs spectanda coloribus Iris,
A mbrosiæq́; manus succo perfusa nitenteis,
A dstarentq́; suis incinctæ uestibus Horæ,
C um passim cœli per limina læta frequentes
C œlicolæ obstreperent: ac toto reddita olympo
F rater io, coniux & io, uox una sonaret.
Dicite Hymē Hymenææ Hymē ter dicite nymphæ.
O patriæ, ò secli decus Heroina, iugales
I am te sub leges uocat, & sua iura maritus.
A t nos æquales, quibus idem ad flumina cursus,
E t certamen idem florum, studiumq́; decentes
I nstaurare choros: nostri iam ad munera luci
M ane reuertemur: iam te sine munera nobis,
I lla quidem placitura minus: namq́; alta relictæ
P er nemora ut querulis uitulæ mugitibus instant,
E t gemitu matrem implorant, quæ montibus altis
D errauit, uiridi aut conualle oblita resedit,
M ollia prata secuta, nouos aut forte hymenæos:
C ara tui sic nos memores abitura relinquis
A eternum, dulcisq́; animis hærebis imago.
T e nostri recinent lusus: te nostra sonabunt
C armina, te thyasi: primæ tibi munera nostra

P endebunt suaue halantes de more corollæ.
P rima tibi unguenta, & patrios fundemus odores
V mbrosam sub loton. opaco uertice lotos
S ebethi patris ad ripas spectanda uirebit:
Q uod'q; oculo properante aliquis properante carina
P ræteriens legat: hoc signabit littera carmen:
G randior incisum teneris quod præferat arbos
C orticibus. Cole me Isabellæ ego regia lotos.
H æc ita nos. at tu diuis egressa secundis,
I bis in amplexus cari exoptata mariti:
Q ui robusta tuo circundet brachia collo:
V irginea'q; sinum zona mox soluere pergat,
F œcundam exercens optata prole iuuentam:
I nde tuos mox iam matri missura nepotes
I n gremium: formosa decor queis matris ab ore
M isceat ora, matrem'q; ferant à patre uigorem.
Dicite Hymē Hymenææ Hymē, ter dicite nymphæ.
S ed te iam placidis spirantes flatibus auræ,
P acatum'q; uocat nautis properantibus æquor:
I ncrepat & summa rector de puppe morantem.
I ngredere, optatas'q; uias pede suscipe læto:
O scula, germanum'q; pios age desere fletus.
T u quoq; lacrimulas uirgo iam mittere tempus.
A bstergent tibi singultus mox gaudia tantos,
G audia, quæ lacrimis aliter testere profusis.
Dicite Hymē Hymenææ Hymē ter dicite nymphæ.
E n dextro classem tetigit pede. iam procul alta
C onspicatur uirgo in puppi: læti'q; recepta
C lamorem tollunt nautæ: iam uincula soluunt:
I am pontem, funem'q; legunt: citua'q; æra corusco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

I gne tonant, crebrisq; lacessunt ictibus auras:
A c ualidis diplosa sonoribus aera complent:
E gressæ bona signa rati, & soluentibus omen.
T alis ad Aemonium frenato pisce maritum
V ecta Thetis, leui aut sedit cum Cypria concha.
Dicite Hymē Hymenæe Hymē ter dicite nymphæ.
P rouehitur sed iam pelago ratis, actaq; remis
L itora deseruit. dubios iam lintea uisus
P aulatim, flenteisq; oculos seruata relinquunt.
N os quoq; uox, nos ipsa animi mens deserit omnis:
I nfractiq; labant gelido sub pectore sensus.
Quod superest: uotis te uirgo, & mente sequemur.
E rgo seu patrio digressam litore, curuo
E xcipiat Caieta sinu: seu te Anxuris arces,
C ircęosq; lacus iuxta, & Tyberina legentem
O stia, nec fidum nautis mare remige dextro
F lectentem facili adnitens transmiserit auras
P uppis, & Herculeos inuiserit hospita portus:
S iue Argoa tuis spumescant æquora remis:
Quà patet effossis fœcundior Ilua metallis,
E t uastos pelagi in fluctus Populonia mater
P rospectat, summoq; adtollitur ardua saxo:
S eu tua Neleæ remorentur lintea Pisæ:
R orantesq; imo tollens de gurgite uultus
L abentem niueæ præter uada cærula Lunæ
A dspiciat procul, & nymphis stipatus adoret
M acra suis adstans ripis pater, ac tua tandem
L itora delatam regnis Ligus ora maritis
A ccipiat, prima & puppim ueneretur herilem:
D um sacros Ericis portus, tutosq; recessus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

I psa suis nantem excipiens Venus alma lacertis
I nuehat, optatisq; adsignet deniq; terris:
N ereides tibi, Nereides, Tyrrhena propago,
N umina, Nesææ, Melitæaq;, Cymodoceq;,
G laucéq;, Spioq;, Ianiráq;, pulchráq; Doto,
A mphinoméq;, Opisq;, Pherusáq;, Dexameneq;,
A tq; Halie, atq; Thoe, & flauo crine Amathusa,
M aternumq; Thetis nunc primum oblita dolorem,
A dsistant, sternantq; uiam, & comitentur euntem:
C ertatimq; tuæ præludat turba carinæ.
I am uotis nos te uirgo, iam mente sequemur.
M ox ubi iam pelagi tantum, & permensa uiarum,
C ontigeris cupidas dilecti coniugis ulnas,
G rataq; sollicitos tandem nox iunget amantes:
A eternos uobis Cypris Dea, Cyprus amores,
C oncordesq; animos, & mutua uincula nectat,
V incula, quæ seræ maneant ad fata senectæ:
F œcundet Latona torum, Latona perenni
P role domum: Latona genus per secla propaget.
I uppiter ingentes det opes: det Iuppiter annos,
R egnáq;, fortunamq; domus sine fine manentem.
D icite Hymẽ, iterate Hymẽ Hymenææ puellæ.
Dulcis Hymẽ Hymenææ Hymẽ, ades ò Hymenææ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

BALD. CASTILIONIS
CLEOPATRA.

Armore quiſq; in hoc ſæuis admorſa colubris
Brachia, & æterna torpentia lumina nocte
Aſpicis: inuitam ne crede occumbere letho.
V ictores uetuere diu me abrumpere uitam,
R egina ut ueherer celebri captiua triumpho:
S cilicet & nuribus parerem ſerua latinis,
I lla ego progenies tot ducta ab origine regum:
Quam Pharij coluit gens fortunata Canopi:
D elicijs fouitq́; ſuis Aegyptia tellus,
A tq; Oriens omnis diuûm dignatus honore eſt.
S ed uirtus, pulchræq; necis generoſa cupido
V icit uitæ ignominiam, inſidiaſq́; Tyranni.
L ibertas nam parta nece eſt: nec uincula ſenſi:
V mbraq́; tartareas deſcendi libera ad undas.
Quod licuiſſe mihi indignatus perfidus hoſtis,
S æuitiæ inſanis ſtimulis exarſit, & ira.
N amq́; triumphali inuectus capitolia curru,
I nſignes inter titulos, genteſq́; ſubactas,
E xtinctæ infelix ſimulachrum duxit, & amens
S pectaclo expleuit crudelia lumina inani.
N eu longæua uetuſtas facti famam aboleret:
A ut ſeris mea ſors ignota nepotibus eſſet:
E ffigiem excudi ſpiranti è marmore iuſſit:
T eſtari & caſus fatum miſerabile noſtri.
Quam deinde, ingenium artificis miratus Iulus
E gregium, celebri uiſendam ſede locauit
S igna inter ueterum heroum: ſaxoq́; perẽnes
S uppoſuit lacrimas, ægræ ſolatia mentis:

O ptatæ non ut deflerem gaudia mortis:
(Nam mihi nec lacrimas lethali uipera morsu
E xcussit: nec mors ullum attulit ipsa dolorem)
S ed caro ut cineri, & dilecti coniugis umbræ
A eternas lacrimas, æterni pignus amoris
M œsta darem, inferiasq; inopes, & tristia dona.
H as etiam tamen infensi rapuere Quirites.
A t tu magne LEO, diuûm genus, aurea sub quo
S ecula, & antiquæ redierunt laudis honores:
S i te præsidium miseris mortalibus ipse
O mnipotens pater æthereo demisit olympo:
E t tua si immensæ uirtuti est æqua potestas,
M unificaq; manu dispensas dona deorum:
A nnue supplicibus uotis: nec uana precari
M e sine: parua peto: lacrimas pater optime redde:
R edde ori fletum: fletus mihi muneris instar:
I mproba quando aliud nil iam fortuna reliquit.
A t Niobe ausa deos scelerata incessere lingua,
F let tamen, assiduusq; liquor de marmore manat.
V ita mihi dispar: uxor sine crimine: si non,
(Induerim licet in durum præcordia marmor)
C rimen amare uocas. fletus solamen amantum est.
A dde quod afflictis nostræ iucunda uoluptas
S unt lacrimæ: dulcesq; inuitant marmore somnos,
E t cum exusta siti Icarius canis arua perurit,
H uc potum ueniunt uolucres, circumq; supraq;
F rondibus insultant: tenero tum gramine læta
T erra uiret: rutilantq; suis poma aurea ramis:
H ic ubi odoratum surgens densa nemus umbra
H esperidum diteis truncos non inuidet hortis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

AD CLEMENTEM VII. PONT. MAX.

AVGVSTINI BEATIANI VERONA.

Agne Pater, regere imperio cui Tybridis arces,
m Et datur immensum sacris terroribus orbem
Concutere, atq; minis pauidas cōpellere mētes
H uc, illuc hominum monitis parere negantum:
E x quo iam nostras impleuit nuntius aures
T ot fracta, tantisq; tuis uirtutibus omni
I nuidia, ad sacræ lectum moderamina puppis,
D ebita iandudum, te celsa in sede locatum,
T ergemino augustum caput irradiasse Tiara:
P rotinus exorta assueto maiora sonabant
G audia per populos: imisq; illapsa uoluptas
P ectoribus, curarum obliuia grata ferebat.
P rincipe te, rediisse fidem, rediisse uidebant
I ustitiam, terris tanto post tempore uisam.
S pes erat exhaustam post tot fera funera Martis,
P ostq; tot auectas externo milite prædas,
P rincipe te Italiam extinctis requiescere bellis
P osse, & in antiquas se rursum extollere uires.
Quis tot præterea populis, regnisq; superbum
D etentorem Asiæ iam cœlo, undisq; minantem
A udeat insurgens bello tentare, queatq;,
T u nisi Dux uenias, authorq; in prælia Reges
C oncordes stabili firmatos fœdere ducas?
G audebam hæc animo reputans: sed publica præter
P riuatim ipsa tamen nil quo lætarer, habebam,

Cum ſponte egregium iuuenem, uirtutibus auctũm,
Illuſtrem ingenio, inſigni pietate decorum,
Præſtantemq́; animi, qualem non ulla tulere
Secula, nulla ferent, noſtris qui rite, modoq́;
Præſideat ſacris, poſſit qui noſtra tueri
Commoda, tale nihil nobis ſperantibus offers.
Scilicet hoc unum eſt, quo uulnera noſtra coirent:
Quoq́; habeat felix tandem fortuna regreſſum.
Quæ flammæ tulerint, inimicus & hauſerit enſis,
Dum fera tempeſtas noſtros ſæuiret in agros,
Nota tibi, & noſtro reor ingemuiſſe dolore.
Maxima ſed lapſis tribuis ſolatia rebus,
Hunc præeſſe meis talem cum ciuibus ipſe
Nil poſcentem amplo iuuenem dignatus honore
Iuſſiſti, & Venetas decoraſti præſide terras.
Cui ſimul ac ingens te concedente poteſtas
Obtigit, ac ſubijt tantarum pondera rerum:
Dulcius, aut illuſtre magis nihil eſſe putauit,
Quàm dare diuitias, & magna merentibus ultro
Præmia, quærendiq́; animos exoluere curis:
Præſertim cordi quibus eſt, inuiſere ſedes
Muſarum, ambitione procul: ſtudijsq́; Mineruæ
Altius innixos laudata per otia uitæ
Vſq; ſub extremum pulchro ſe offerre labori.
Aſpice doctorum numerum, qui caſta frequentant
Limina certatim Iuuenis, Parnaſia tanquam
In dubijs reſponſa petant. prudentia uerbis
Illius eſt, & tanta fides, ea gratia fandi,
Vt nil unquam hominum audierint exactius aures.
Quodq́; magis mirum eſt, tota tibi mente receptũ,
Dilectumq́;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

D ilectumq́; adeo, tumidum præcordia regno
N il quicquam quod non deceat fecisse uidemus.
T u licet inuidiam super his, hosteisq́; requiras.
E rgo hunc præpositum nobis, ubi numine diuûm
F ama tulit: iam candidius splendescere soles,
D ulcius ire dies cœpere, & gramine campus
V estiri insueto, tellusq́; effundere flores
V isa nouos, quos nulla prius conspexerat ætas,
I psa etiam arua situ posito ridere, comasq́;
S yluarum ætherias tractare licentius auras.
A t genitor uitreo Benacus flumine, gaza
R egali decorat pendentia pumice tecta.
C onuocat huc nymphas, uicinaq́; flumina, mensasq́;
I nstruit, atq; unà dapibus uescuntur opimis.
C urribus hinc, agitant animos ubi gaudia, uecti,
M ille cient uarios spatiosa per æquora ludos.
D umq́; cient, spectant præstanti corpore nymphas.
Q uarum præcipuos ostentat uultus honores,
A etheriumq́; decus. ueteres hic suscitat igneis:
C oncipit ille nouos: nec dum bene suetus amori
I ngemit, & medijs uri miratur in undis.
I nterea crebris resonat clamoribus æther,
S plendida dum passim Clementis nomina læto
O mine concelebrant, & cœlo laudibus æquant.
M ox Ghibertum omnes contenta uoce salutant:
A tq; sua ut ueniat uisurus regna, precantur.
C lementem ingeminant, Ghibertum litora reddunt:
T urbantur fremitu fluctus, collesq́; resultant.
H oc igitur refero ingenteis tibi nomine grates
O` decus, Ausoniæ spes ò fidissima gentis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Verum etiam his unum, iuueni quæ magna dedisti,
Vnum oro adijcias, roseo insignita galero
Tempora fulgentem nobis pater optime mittas.
Insigneis iuuenis mores, sanctissima uitæ
Acta suæ nosti, totiens expertus amorem,
Ingenium totiens spectatum rebus agendis.
At tibi quàm fidus fuerit, quàm pectore constans
Læta recessisset cum iam fortuna: fatentur
Augustus Cæsar populi moderator Iberi,
Quiq; regit toto diuisos orbe Britanos.
Quos simul eloquij dulcedine mulsit, utrosq;
Protinus æterno addictos tibi fœdere iunxit.
Quos æstus animi? quos pertulit ille labores?
Mutatis cum uectus equis sæuissima Rheni
Frigora, Belgarumq; niues, uastiq; procellas
Aequoris, & uitæ manifesta pericla subiret.
Hæc meritis iuuenis, precibus da munera nostris:
Ne'ue negare queas, tibi sunt exempla senatus
Adriaci proceres. Viden, huic ut pectore toto,
Toto animi affectu assensum tribuere petenti?
Qui licet hoc possint tibi concessisse uideri,
Sic te oculis gestant, tua sic decreta uolenti
Accipiunt animo: magnum tamen omnibus, illum
Vndiq; & omnigena iuuenem uirtute micantem
Allicere officijs, ac promeruisse putarunt:
Præcipue Venetis GRITTVS qui presidet oris,
Quo nec consilio melior, nec iustior unquam
Sceptra tenere manu potuit, rerumq; potiri.
Cuius tanta uiget maiestas regia uultu,
Tantus honos, ut non alia grauitate sedentem

In solio rear aetherio dare iura Tonantem.
Nouit enim patriae imperio concordia tecum
Commoda quanta ferat: necnon te nouit amico
Quid sperare queat, trepido cum ardere tumultu
Contingat latium: uel si terraq; mariq;
Terreat Illyricas Turcarum exercitus urbeis.
Non tanto aspiciam Venetos terrore solutos
Iustitia, & placida populos in pace tueri,
Nil nisi tuta suis meditanteis otia terris?
Tu potes hoc caelo Clemens demissus ab alto,
Vt regeres rite unus relligionis habenas:
Quam foede oppressam, rabidoq; sub hoste labantem
Sustentare diu propria uirtute ualeres.
Tam pia quis duce te, quis te tum sancta iubente
Induere arma neget, certeq; occumbere morti,
Si sit opus? cum sic decus immortale per orbem,
Acquiratq; sibi stellantis gaudia regni?
Hic ubi fortunae uis deperit improba, nec ius
Vllum habet in nobis duri uiolentia fati,
Atq; dies ubi nulla datum quae finiat aeuum.
Tu modo rūpe moras, & iam fer pectus in hostem.
Ire iube instructas acies, & praelia poscant:
Ne'ue animum, regis memorata potentia frangat.
Nos adeo (sit fas nos dicere uera) tremendum
Fecimus ignaui, tot digna, indigna relatu
Qui tulimus: nec quicquam animos iniuria mouit
Degeneres, nil iam antiquae uirtutis habenteis.
Ergo tempus erit, cum uicto ex hoste triumphos
Inclyta te niueis inuectum Roma quadrigis
Ducere sublimem ad sacrata palatia cernat,

I

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

C urarum, atq; impendentis secura pericli.
Tu uero interea iuuenis, quem clara sub alta
S ydera fama uehit, fotum applaudentibus alis:
C uius Castalidum chorus, & meditatur Apollo
E gregium decus æternis intexere chartis:
S iue paras animum in solitas demittere curas
P rincipis eximij, quocunq; ut tempore gratus
M uneris accepti gratus uidearis honorum:
S iue tibi oblatas mauis inuisere gentes,
V eronamq; tuam: quæ dij precor omnia firment:
N os, in te solum qui lumina iecimus, in quo
N ostra salus posita est, spes & fundauimus omnes,
E xcipe tot sæuis bellorum fluctibus actos,
A tq; tuos fesso subeuntes remige portus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

ACTII SYNCERI GENETHLIACON ELEGIA PRIMA.

a Ffer opem teneræ tandem Lucina puellæ:
Auxilio digna est quam tueare tuo.
T e uocat, & madidis solam suspirat ocellis:
Et roseo tacitas fundit ab ore preces.
I lla quidem insuetos patitur malesana dolores:
Vix'q; potest longæ tædia ferre moræ.
A t tu diua ueni: tecum'q; unguenta repostæ
Pixidis, & si qua est, quæ iuuet herba, feras.
S ic flentis miseros iuuenis compescere questus,
Sic una poteris sorte leuare duos.
L ucis adest dea magna, metum depone Rabiri:
Non frustra est lacrimis illa uocata tuis.
D a costum myrrham'q; focis: quæ'q; orbe remoto
Cynnama per rubras nauita uectat aquas.
A dsit odoratis quicquid Panchæus in hortis
Demetit: ornatos spiret & ante lares.
I pse leues insperge crocos, Arabum'q; liquores,
Quæ'q; Palestinis linquitur unda rosis:
I pse deam sacras uenerare proiectus ad aras:
Et genio annosum sæpe refunde merum.
S ed timidi cessere metus, cessere querelæ.
Iam parit aduentu tacta puella deæ.
I am puerum est enixa. uides ut lumine matrem
Exprimat? en tenero quantus in ore decor.
S alue care puer: cui iam felicia rident
Secula: cui pharetram iure relinquit Amor.
N am siue auratis humeros armare sagittis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

ELEGIA. I.

Seu iuuat accensas sollicitare faces,
S eu potius iactare leues pueriliter alas,
Et dare neglectas post tua terga comas:
Quis te non Paphijs nutritum uallibus, aut quis
Idaliæ puerum non putet esse deæ?
V iue precor, blandumq; oculis ridere parenti
Interea, & dulces disce mouere sonos.

EIVSDEM DIRAE IN DETRACTORES QVOSDAM SCVCCHAE GRAMMATICI ALVMNOS, ELEGIA. II.

Q vid ruis in sacros temeraria turba poetas?
Sæuaq; mordaci prælia dente moues?
D esine sacrilega conuitia fundere lingua,
Desine: pro populo stat deus ipse suo.
Quis nouus in furias armat dolor? ite profani,
Ite, nec innumeras conscelerate deas.
A n mouet hoc Stygijs immersus Scuccha lacunis:
Dum flens Eumenidum uerbera torta timet?
I llum olim tinctæ iuuerunt felle sagittæ:
Nunc miserum facti pœnitet usq; sui.
P arcite tam cari manes uiolare parentis:
Per stupra, per talos, per cyathosq; rogo.
A rs sua quenq; iuuat. non uos Helicona subire,
Non fas uirginei polluere amnis aquas.
S aliceat hinc sumpto Pontani musa cothurno
Hauriat, & magno digna Marone canat.
C ui comes intactæ lustrans sacraria syluæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Altilius docto pectore carmen hiet.
Nec minus & musæ repetens monumenta iocosæ
 Compater argutos ingerat ore sales:
Elysiusq; hedera comptus florente capillos,
 Rara,sed Aonijs concinat apta choris.
Extendatq; armis titulos Aquenianus auitos:
 Et doceat nostras quærere castra deas.
Quiq; uelut tenera surgit nouus arbore ramus,
 Coruinus quauis aure probanda canat.
Et qui Pierijs resonat non ultimus antris,
 Albinus referat consulis acta sui.
Tu quoq; quid cessas doctis deflere querelis
 Exitium patriæ cultæ Marule tuæ?
Quiq; tot egregias animas,tot clara uirorum
 Ingenia enixu format, alitq; suo:,
Nectat odorata Maius sua dicta corona:
 Tamq; pias ferulas regia sceptra uocet.
Ipse suo sacros genio Chariteus honores
 Præbeat, & festas concinat ante dapes.
Puccius & blandæ fretus dulcedine linguæ
 Facunda totos conterat arte dies.
Nec te iam pudeat uenturo ostendere seclo
 Ingenij uires Scala diserte tui.
Certent Socraticis Zenonis scripta libellis:
 Cuius apes uernos intulit ore fauos.
Et te,quem gemina mulcet sapientia lingua,
 Parde iuuet studijs inuigilare tuis.
Atq; alij,quorum doctas it fama per urbes,
 Extrema properent uincere fata die.
Nos quoq;,si magnus non aduersatur Apollo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Cantemus Nymphas, capripedesq; deos.
Nam bene Castalias: liuor licet audiat: undas
Nouimus: & dextro pressimus antra pede.
At uos incautis socijs aconita parate:
Et furtis miseras extimulate domos.
Oedipodisq; modo thalamos fedate paternos:
Si modo dat certum uulgus habere patrum.
Nocturnisq; dolis agitate, & cædibus urbem:
Perq; fora infestam reddite, perq; uias.
Hæc studia, has artes primis didicistis ab annis:
Non Aganippeæ tangere fila lyræ.
Namq; neq; Calliope uobis, nec dexter Apollo
Permessi liquidos exhibuere lacus:
Dira sed Alecto gemina comitata sorore
Pocula cœnoso de Phlegethonte tulit.
Nimirum hinc nigro mores: & carmina tabo
Pallent: & fedo liuor in ore sedet.
Fallor? an hos nobis misit grauis Aetna Cyclopas?
Mitis & hanc sentis tu quoq; terra luem?
Heu mea Parthenope, quæ te contagia lædunt.
Talia tu nunq̃ gignere monstra soles.
Dij patrij: quorum meritis huc aduena classis
Appulit: Euboicas deseruitq; domos:
Litoribus talem nostris auertite pestem:
Mœnia felici si posuistis aue.
Vosq; umbræ insontes: quas in lethale uenenum
Ante diem ad stygias ire coegit aquas:
Vltrices huc ferte faces: fumoq; sequaci
Authores uestræ sollicitate necis
Et uos o' uatum certissima numina Musæ:

Numina

Numina carminibus non uiolanda meis:
Parcite: si uestras nunc primum læsimus aures.
Iusta lacessita sumpsimus arma manu.

EIVSDEM AD LVCIVM CRASSVM ELEGIA TERTIA.

te fœcunda tenent saxosi rura Petrini,
Rura olim proauis facta superba meis:
Et Sinuessanas mulces mea numina Nymphas:
Cæruleumq; suis Dorida litoribus:
At mihi paganæ dictant siluestria musæ
Carmina: quæ tenui gutture cantat Amor:
Fidaq; secretis respondet sylua querelis,
Et percussa meis uocibus antra sonant.
Nec tantũ populos, nec tantum horrescimus urbes:
Quantum non iustæ sæuitiam dominæ.
Hoc uitæ genus, hoc studium mihi fata ministrant
Hinc opto cineres nomen habere meos.
Me probet umbrosis pastorum turba sub antris:
Dum rigat agrestem lacte tepente Palem.
Me facilis blanda moduletur harundine Thyrsis:
Et cum constanti laudet amasse fide.
Atq; super tumulumq; meum: manesq; sepultos
Tityrus ex hedera serta uirente ferat.
Hic mihi saltabit Coridon, & pulcher Alexis:
Damœtas flores sparget utraq; manu.
Fluminibusq; sacris umbras inducet Iolas:
Dum coget saturas Alphesibœus oues.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

ELEGIA. III.

Non mihi Mœonidem Luci, non cura Maronem
Vincere: si fiam notus amore, sat est.
Quid feret Aeacides nobis? quid magnus Vlysses?
Quid pius Aeneas, Ascanius'ue puer?
Ista canant alij, quorum decorata triumphis
Musa uagum è tumulis nomen ad astra ferat.
At mihi contingat dominam uincire lacertis,
Osculáq; optata sumere longa mora:
Quin etiam apposita mirari membra lucerna,
Et noctem insolitis ducere blanditijs:
Atq; manus, atq; ora leui percurrere ocello,
Languidulamq; meo sæpe fouere sinu.
Sed quid ego (hei misero) uentosus inania fingo
Somnia, quæ forsan non feret ulla dies?
Felix qui potuit duram exorare puellam.
Et capere optati gaudia coniugij.
Ille dies, noctesq; suos decantat amores:
Et recolit Veneris dulcia furta suæ.
Ille etiam liquido perfusus odore capillos
Exercet tenerum nocte iuuante latus:
Inq; sinu dominæ primos reminiscitur ignes,
Quos leuiter pennis aureus auget Amor:
Non cupit Aethiopum quæ canent uellera syluis,
Nec quæ Sidonio lana cruore rubet.
Solus habet fuscis quicquid portatur ab Indis:
Solus habet ripas aurifer Herme tuas:
Et quascunq; metit segetes fragrantibus aruis
Medus, & Assyrio sole perustus Arabs.
Non auro, & gemmis miseri torquemur amantes.
Qui dominam poterit flectere, diues erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Diues ero ante alios, si te mea uita uolentem
Sustineam ignota pauper, & exul humo.
Nam quid rubra iuuant fulgentibus æquora cõchis?
Aut quæ multa niger rura Sabæus arat?
Quid'ue torus prodest pluma spectandus, & ostro,
Si non est gremio cara puella meo?
Si trahere infelix inter suspiria noctem
Cogor? & æternos esse negare deos?
Num me neglectis deuouit saga sepulchris?
Num rumpunt somnos carmen, & herba meos?
Carmen inaccessa traducit ab ilice glandes:
Carmen nocturnæ supprimit ora canis:
Carmen & infami pallentem sanguine Solem
Inficit, & Lunæ sistit amantis equos.
Quid queror infelix? utinam mihi sola nocerent
Carmina, nec nostro pectore inesset Amor.
Ille uel Aeeæ superat cantamina Circes,
Ille uel Aemonijs nata uenena iugis.
Parce puer. non uana queror. tu uulnere nostro
Crescis, & exultas sæue dolore meo.
Quod si te nostræ capiant & tædia uitæ:
Ne cesset quæso funeris atra dies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

EIVSDEM ELEGIA
QVARTA.

n Vlla meos poterit mulier præuertere ſenſus,
Ipſa licet cœlum linquat, & aſtra Venus.
T u puero teneris ignis mihi primus ab annis:
Vltima tu tremulo flamma futura ſeni.
I am ſemel inter nos ſanxerunt fœdera Diui,
Fœdera ad extremos non ſoluenda dies:
V t, ſi noſtra tuo ſupereſſet funere uita:
(Dij tamen in uentos omen abire ſinant)
I pſe ego compoſito uenerarer membra ſepulchro,
Thura ferens mœſta mœſtus & ipſe manu.
V mbrarumq́; ſacer cuſtos, tumuliq́; ſacerdos
Concinerem tremula triſtia uerba lyra:
N ec me complexu quiſquam diuelleret urnæ:
Quin cineri moriens oſcula ſumma darem.
A t ſi (quod potius cupio) tibi fata dediſſent
Claudere formoſa lumina noſtra manu:
T unc mihi cum caros uultus ſpectare liceret,
Atq; anima tecum iam fugiente loqui:
I pſa meos tumulo manes ueſana uocares:
Inq́; tuo legeres oſſa peruſta ſinu:
F lebilis & longos ſcindens ad buſta capillos,
Clamares nomen iam moritura meum:
T unc cineri, & mutæ perſoluens iuſta fauillæ,
Miſceres rutilis lilia cana roſis:
I llic mœſta dies, illic conſumere noctes
Optares: nec te uinceret alter amor:
S ed memor uſq; mei canis ueneranda capillis,
Afferres tremula munera cara manu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

O mihi dum tumulo tales reddantur honores:
Tam lentum Lachesis scindat auara colum:
Non ut nostra nouos Arabum bibat urna liquores:
Vstus & Aßyrio spiret odore cinis:
Aut ut clara mei notescat fama sepulchri:
Altaq; marmoreus sydera tangat apex:
Sed magis ut liceat longas audire querelas,
Et gerere à lacrimis serta rigata tuis.
Tunc ego Letheæ spatiatus in aggere ripæ.
Quà nitet obtuso lumine falsa dies:
Quàq; leuis casiæ nemus, ambrosiæq; uirentis:
Et fortunatos alluit unda greges:
Dulcia præteritæ repetens insomnia uitæ
Ostendam Elysijs tot mea dona choris:
Felicesq; animas inter felicior ipse
Excipiam plausus læta per arua nouos.
Atq; aliquis comitum lætusq;, hilarisq; recentes
Sparget humi flores, & mihi serta feret:
Nec contentus eo, fidos extollet amores:
Narabitq; aliquis de pietate tua.
Sed quoniam teneræ uernat nunc læta iuuentæ
Tempora, & amplexus iungere fata sinunt:
Dulcia lasciuo reddamus gaudia lecto:
Iam properat mortis panda senecta comes:
Iam properant rugæq; graues, & grandior ætas:
Nec dabitur molli ludere posse toro.
Ergo age nunc cupidis nectamus colla lacertis:
Vltima tunc soluat, cum uolet hora dies.
Dij facite hæc longos mihi sit spes certa per annos:
Candidus & pennis omina firmet Amor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

EIVSDEM AD IOANNEM PARDVM ELEGIA V.

Parde decus patriæ, spes maxima Parde tuorũ,
Atq; idem Hispani gloria rara soli:
Quem iuuat immensi causas exquirere mũdi,
Et rerum arcana fœdera iuncta fide:
An magnum æterno uoluatur numine cœlum:
An propria hoc ingens mole laboret opus:
Cur salsi fluctus, cur ignibus æstuet Aetna:
Cur uomat epotas uasta Charibdis aquas:
Cur nitor stellis, cur nox maiorue, minorue:
Cur non ipsa suo lumine Luna micet:
Felix cœlestes cui fas ascendere sedes:
In quas post obitum fata uenire sinant.
At nos per syluas, & sordida rura capellas
Versamus: quando Phyllis amara iubet:
Et teneris nostros ulmis incidimus ignes:
Quos chorus errantum cernat Amadriadum.
Et nunc capreolos, & nunc uenamur onagros:
Interdum & sæuas fallimus arte feras.
Sæpe iuuat pictas uisco captare uolucres:
Nec Satyris ipso cedimus aucupio.
Quod mihi si liceat tenui reuocare cicuta
Trinacrij niueas Opilionis oues:
Rura colam semper: populi ualeatis, & urbes:
Rura dabunt oculis grata theatra meis.
Illic gramineas, pastorum bella palæstras
Adspiciam, & celeri præmia parta pede.
Nec me iam pudeat sudibus certare perustis,

Aut armare cauis pectora corticibus.
P ugnabunt tauri: pugnabunt cornibus hyrci:
Victores molli cespite serta ferent.
P lenaq; pellitus lustrabit ouilia pastor:
Ponet & agricolis rustica liba deis.
S tabunt capripedes abiegno robore Fauni:
Stabit & indocta falce dolata Pales:
Quorum solennes ictus cadet agnus ad aras,
Ictus ut innumeras expiet agnus oues.
T um milium, & niueo statuet spumantia lacte
Pocula, uotiuas concipietq; preces:
E t ter transiliet flammanteis potus aristas:
Ter quoq; non tardo rustica turba pede.
D ij facite, inter oues, interq; armenta canendo
Deficiam, & syluis me premat una dies:
V t me non docta deploret pastor auena:
Vtq; sub umbroso contumuler tumulo:
O ssaq; pascentes uenerentur nostra capellæ,
Non procul à tumulo candida balet ouis.
E xultent alij Panchæo munere manes:
Et quærant Parijs marmora secta iugis.
M i sat erit, ueteres recolat si Phyllis amores:
Conserat & uernas ante sepulchra rosas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

EIVSDEM DE MALO PVNICO
ELEGIA VI.

Q Vid miser ignotas perquiris nauita gentes?
Et tam longinquo litore quæris opes?
Nec te uentorumq; minæ, pelagiq; procellæ,
Nec terrent dubiæ tædia mille uiæ?
Aspice, quàm tenui uelemus cortice gemmas:
En tibi, quicquid habent litora rubra, damus.
Seu uis purpureo mites fulgore hyacinthos:
Infensam Baccho siue amethiston amas:
Ardentes seu quæ torres imitatur & ignes,
Seu mauis fuluo lumine chrisolithos.
Sed rude diuitias uulgus extollit inanes
Nec nouit quantis sit caput inde malis.
Diuitiæ fera bella uiris, lethumq; tulerunt:
Nam prius æterna pace uigebat humus.
Diuitijs, natóq; pater, natusq; parente
Cæditur, & caro fratre uerenda soror.
Nec tantum sæuæ tractant aconita nouercæ:
Sed iugulat partus mater auara suos.
Adde, quod & gemmæ solo fulgore probantur:
Et uix adscitus quæritur arte decor.
At nobis natura oculos tardare tuenteis,
Et dedit arenti pellere ab ore sitim:
Nec nostræ populos armant in prælia gemmæ:
Nec suadent magnos clam uiolàre deos:
Sed semper placidis uisuntur conuiuia mensis:
Stant ubi iucundo pocula plena mero.
Illic nos teneræ uir porrigit ipse puellæ:

Porrigit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Porrigit & tupido fida puella uiro.
Pacis opus sumus,& pacati munus amoris:
Quod capit à Satyro Nais amata suo.
Nec temere,infernis cum nos gustasset in hortis:
Noluit ad matrem nata redire suam.
Nos quoq;,dum Lybicos errat Pomona per agros:
Obstupuit pleno fracta rubore sinu:
Acrarum mirata decus,mirata saporem,
In sua de patrio transtulit arua solo.
Ergo puniceæ laus hæc,& gloria syluæ,
Vincere gemmiferi lucida dona maris:
Pallentiq; graues depellere corpore morbos:
Aegraq́; pæonijs ora leuare modis.
Quod nec Erythræi præstabunt litora ponti,
Non opibus pollens India terra suis.
Tu uero,duplici fulgent cui tempora lauro:
Militiæ,& sacri dux Aquinine chori:
Accipe nos laudum contentus luce tuarum:
Muneraq́; inuisæ despice luxuriæ:
Et seu carminibus,seu delassaberis armis:
Diluat exundans hæc tibi gemma sitim.

Sannazarius. K

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

EIVSDEM ODAE.

e St mihi riuo uitreus perenni
Fons arenosum prope litus: unde
Sæpe discedens sibi nauta rores
Haurit amicos.

A micus nostris scatet ille ripis,
Montis immenso sitiente tractu:
Vitifer quà Pausilypus uadosum ex-
currit in æquor.

H unc ego uitta redimitus alba,
Flore, & æstiuis ueneror coronis:
Cum timent amnes, & hiulca sæuum
Arua Leonem:

A ntequam festæ redeant calendæ
Fortis Augusti, superentq; patri
Quatuor luces, mihi tempus omni
Dulcius æuo:

B is mihi sanctum, mihi bis uocandum,
Bis celebrandum potiore cultu,
Duplici uoto, geminaq; semper
Thuris acerra.

N amq; ab extremo properans Eoo
Hac die primum mihi uagienti
Phœbus illuxit: pariterq; dias
Hausimus auras.

H ac & insigni peragenda ritu
Sacra solennes ueniunt ad aras
Nazari: unde omnes tituli, meæq;
Nomina gentis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

N azari uastas cohibentis undas
Aequoris, sæuosq; domantis æstus,
Quicquid & uani truculenta iussit
Ira Neronis.
O decus cœli simul & tuorum,
Rite quem parua ueneramur æde:
Cui frequentandas populis futuris
Ponimus aras:
S i mihi primos generis parentes,
Si mihi lucem pariter dedisti:
Huc age, & fontem tibi dedicatum
Sæpe reuise.

Azari, heu quis me tibi ad hanc supremam
n Litoris ripam, quis ad hos putasset
Tethyos fluctus, quis ad has daturum
Thura paludes?
P ost tot emensos pelago labores,
Tot pererratos populos, sub ipso
Fine terrarum datur ecce amicum
Cernere numen.
E rgo in extremis pater alme terris
Barbaræ norunt tua sacra gentes,
Quà latus dextrum Liger æstuosis
Obijcit undis.
I amq; ad Auleræos genus acre, & ipsos
Cernis ad te Lexouios citato
Essedo, & picta uolitare flauos
Puppe Britannos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

O mihi semper geniale coeli
Sydus, o fama decus omne nostræ,
Author o idem mihi gentis, & spi-
rabilis auræ:
Se tibi debet proauorum origo, &
Sanguinis si sunt decora ulla nostri:
Debet & præsens genus, & futurum,
Debet & hæc lux
Sacra: quæ magnum mihi prima solem
Obtulit nascenti, & inane aperti
Aeris, pulchrosq; micantis æthræ
Tot simul ignes:
Hinc tuis per me dare grata templis
Munera, hinc natalitias coronas
Annuis sueuit sociare sertis,
Dum fuit hæc sors.
Nunc in ignotis uagor ecce campis,
Regis heu cari exilium secutus:
Dum fides, & fas, & amor, piusq;
Me rapit ardor.
I puer, buxum nemore ex propinquo
Collige, & siquas tibi litus offert
Quercuum frondes: celebrare moestum
Sic iuuat annum.
O ubi dulces patriæ recessus
Abluis Sebethe, loca illa myrto
Consita, o qui Pausilypi uirentes
Det mihi citros,
Qua tuum lambens maris unda fontem
Margines parui minuit sacelli:

Noſtrum opus, quo ſe recreet quotannis
Læta iuuentus:

Quæ tibi ſacris operata arenis,
Frondibus remos, celeresq; cymbas
Ornat: & forſan mea nunc, ut olim,
Dona requirit.

H eu pater, cur heu mihi ad inſtitutos
Non licet iam iam properare curſus?
Cur uetor templis, & adeſſe ludis
Rite dicatis?

S it ſatis uentos toleraſſe & imbres,
Et minas fatorum, hominumq; fraudes.
Da pater tecto ſalientem auito
Cernere fumum.

R Vpis o ſacræ, pelagiq; cuſtos
Villa, nympharum domus, & propinquæ
Doridos, regum decus ipſa quondam,
Deliciæq;,

N unc meis tantum requies camœnis,
Vrbis inuiſas quoties querelas,
Et parum fidos popularis auræ
Linquimus æſtus:

T u mihi ſolos nemorum receſſus
Das, & hærentes per opaca laurus
Saxa: tu fontes, Aganippidosq;
Antra recludis.

N am ſimul te te repeto: tuasq;
Sedulus mecum ueneror Napæas:
Colle Mergillina tuo repente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Pegasis unda

A ffluit: de qua chorus ipse Phœbi,
Et chori Phœbus pater, atq; princeps
Nititur plures mihi iam canenti
Ducere riuos.

E rgo tu nobis Helicon, & udæ
Phocidos saltus, hederisq; opacum
Thespiæ rupis nemus, & canoro
Vertice Pindus.

I puer blandi comitem laboris
Affer è prima cytharam columna:
Affer & flores. procul omnis à me
Cura recedat.

P rincipis nostri decus, atq; laudes
Fama per latas spatiata terras
Euehat, qua sol oriens, cadensq;
Frena retorquet:

Q uaq; non notos populos, & urbes
Damnat æternis Helicæ pruinis:
Quaq; feruentis cumulos arenæ
Dissipat Auster.

I lle crescentes ueneratus annos
Vatis antiquum referentis ortum
Stirpis, & clarum genus, & potentum
Nomen auorum,

C ontulit larga numerosa dextra
Dona: & ignauæ stimulos iuuentæ
Addidit, syluas, & amœna musis
Ocia præbens.

d vm uehor picto uacuus phaselo:
Et modo septos iaculis echinos,
Nunc bene hærentes scopulis laboro
Vellere conchas:
T ange uocales studiosa chordas
Musa, & auratum moderare plectrum.
Pauca de multis referamus acta
Regis amati:
Qualis herboso spatiosa campo
Virgo iam matris decus, & uoluptas
Nectit è solis uiolis coronam,
Cætera linquens.
H ic ubi ueras imitata turres
Tot simul pinnis, niueisq; tectis
Rupe Mergillina sedens propinquum
Spectat in æquor.
A dsit ex imo Galatea fundo,
Nil timens sæuos Polyphemi amores:
Nec mihi durum refluens canenti
Obstrepat unda.
S it licet magnus, trepidasq; turmas
Fregerit primis Federicus ausis:
Cum puer celsas penetrauit Alpes,
Saxaq; Rheni:
T exerit latis pelagus carinis,
Dalmatum dites populatus urbes:
Senserit presso prope fulminantem
Ore Timauus:
C inxerit sacra meritum corona
Et caput: Gallos quoniam feroces

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Contudit: totas reuocarit orci ex
Faucibus urbes:
Nil tamen maius, nihil erit unquam
Fortius, q̃ quod titubante regno
Cum sibi sceptrum, & diadema posset
Sumere tutus:
Coniugem caram, propriosq; natos
Liquit, & fidas lacrimas clientum,
Fratris heu pulsam sobolem secutus
Per mare uastum.
Ergo nunc illi moderator alti
Aetheris, cui sunt pia facta curæ:
Regum frontis decus, & negatos
Reddit honores.
O fides rarum, placidumq; numen:
O mihi nullis reticenda seclis,
Te te ego æternum prece, uictimisq;
Pronus adorem.

O Taure, præsens qui fugis periculum:
Nam te nec odio, tædioue tam bonas
Spreuisse syluas, tam bonos putem lacus:
Dic, quis propinquas nubibus tibi iuga
Molestus inuidet: iuga illa tam tuis
Sudata cornibus, tuisq; prælijs
Deuicta? quis saltus, & amnium uberes
Cursus, torosq; marginum uirentium,
Quis uda riuis prata, quis recondita
Nemora, quis umbras sibilantium arborum
Male aduocatus abstulit tibi deus?

Non

N on amplius uidebis ah miser, ah miser
A mata regna: non uidebis amplius
T uos amores: non licebit heu tibi
P osthac cubanti sub genistulis tuis,
M olli'ue fulto niueum amaraco latus
A udire uoces ruminantium gregum:
M eridianum non inire somnulum.
Q uæ nunc adibis tesqua? quæ petes loca
M iselle Taure? quas subibis ilices?
V bi myricæ, ubi uirentis arbuti
I ucunda sedes? ubi salicta, & omnibus
E heu iuuencæ præferenda pascuis?
I uuencæ, solos quæ relicta ad aggeres
P adi sonantis, heu malum sororibus
O men, gementes inter orba populos
T e te requirit, te reflagitat suum.
I mplet querelis nemus: & usq; mugiens
M odo huc, modo illuc furit: amore perdita
O mnia peragrat arua: lustrat omnia,
N unquid bisulcæ signa cernat ungulæ:
Q uærit per alta montium cacumina:
Q uærit per ima uallium cubilia
M emor locorum, non tamen sui memor.
T e mane primo, te rubente Vespero
L uget: nec illam Luna, cum recurreret
C œlo: nec atræ noctis alma sydera
V idere dormientem: abire flumina,
A bire solem, abire cernit omnia:
A t ipsa mœstam sola non abit domum
H umi recumbens, strata sub nudo æthere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

H anc & puellæ nemorum, & ipse corniger
S yluanus aspiciat, hanc bubulcus intuens,
M iser bubulcus, nec iuuare eam ualens,
T antum, quod unicum in malis refugium habes
S uspirat, ingemit, deûm inuocat fidem,
I ratus ursis, quod coegerint procul
A bire syluis albulum iuuenculum,
E t tam uenustam clamitare buculam.

P Etus delitiæ tuæ Dione,
Vni cui charitum sales beatos,
C ui fontes dederas facetiarum,
A c risus simul eleganter omnes:
P etus mortuus est tuus Dione,
P etus compater usq; ad astra notus:
Qui puro niueæ colore mentis
V incebat Paphias tuas columbas,
V incebat nitidissimos olores:
C ui de lacteolis tuis papillis
D onarunt uiolas Iocusq;, Amorq;:
D onauit teneram Thalia myrtum:
M ox promens citharam decentiorem
V ersus addidit eruditiores.
O sæuæ nimium, malæq; parcæ:
V estros non potuit tenere fusos
P etus: qui rapidas domare Tigres,
Qui duras potuit mouere quercus:
V estras non potuit colos morari,
V nam non miser impetrare lucem.
S ic sic occidis heu misselle Pete:
N ec te Pierides tuæ, nec ipsa,

Quæ per te Paphon, & Gnidon uirentem
Per colles Amathuntios uocauit:
Fatis eripuere tam malignis.
At non unanimes tui sodales,
Quos tu pectore tam pio colebas:
Quos tristes obitu tuo relinquis:
Hoc duro tibi defuere casu.
Quin me trans Ligerim ferosq; Celtas
Lustrantem Morinûm pigras paludes,
Dum quæro Oceani ultimos recessus:
Veris nuncius obruit querelis.
Ergo quid tibi tam uagus uiator,
Cui nec pulchra Neapolis, nec alti
Colles Pausilypi, nec ipse adesset
Sebethos pater, aut pater Vesæuus:
Inferre exequiarum amicæ possett?
Rupem, quam uagus hinc & inde Nereus
Alterna ueniens retundit unda:
Accessi: & procul angulo in supremo
Stans supra pelagi alluentis æstus,
Manes terq;, quaterq; conuocaui.
Hic fudi lacrimas amariores:
Hic uici gemitus uel unus omneis:
Omneis & simul omnium querelas:
Mox, quamuis cineri tuo decentem
Pontanus tumulum pararit, ac te
Cognatus ueneretur inter umbras:
Quamuis & diuturnius sepulchrum
Diuinis paret excitare chartis:
Nostrum non tibi qualecunq; munus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

I nter frigora, solitudinesq;
C essauit: nec honore te supremo
F raudaui miser. hoc scit ipsa Thetys
S cit late Oceani unda Gallicani.
S tant aræ tibi: stant uidenda nautis
T erreni tumuli pusilla moles,
E t buxus super, & dicata quercus:
N am myrtum regio illa non habebat.
Quæ iussit pietas sacrare, ut esset
N aturæ tibi terminus sepulchrum.

e Mit sepulchro prædium Vetustinus:
Sed quod futuros non sequatur hæredes,
I ratus æque mortuisq;, uiuisq;:
S cribiq; curat grandibus notis demens
V iginti in agro, in fronte ter pedes octo.
H abitat sub urbe scandalis tribus tectus:
N e pensione iam grauetur, aut sumptu:
D ormit grabato: quo nec ipse iam uellet
D ormire cimex, nec lacerta, nec sorex:
C œnat per hortos alliumq;, cepasq;,
E t salgamorum iure liuidos caules:
V el, siquid optat unctius sibi poni:
P iscatur ipsis in paludibus ranas:
A ut è cloaca colligit meras sordes:
P utrem palumbum, mortuum'ue caponem:
E t doliorum turbidam bibit fecem,
T anq̃ falernum consulare, uel Chium,
O pimianæ quod refuderint cellæ:
N ec iam profectis hoc, sed idibus tantum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S acriſq; potat ferculis calendarum,
E t mane ueſte currit anxius rapta
A d architectos, marmorumq; ſectores:
V t de ſepulchro conſerat nouas lites:
Q uos iam miſellos peſſimis modis multat,
D ucit, reducit, diſtrahit, rapit, uexat
P er angiportus, uiculoſq;, cliuoſq;,
E t per ruinas urbis, & per anfractus:
M onſtrat theatra porticuſq; priſcorum,
A rcuſq; claris principum ſacros armis:
H inc & deorum templa, & obrutas thermas,
E t quicquid altis fornicum ſubeſt cliuis:
N ec iam fauiſſas linquit, aut nigros manes.
D omum trecentis cum laboribus fractos,
E t æſtuantes pariter, & fame ſiccos
V ix officinæ poſt meridiem reddit
I am feriatæ, uectibuſq; adhuc clauſæ.
C ulpat coronas: Zophorumq; permutat:
S piras reformat, & ſcapos columnarum:
E t nunc Hetruſcas, nuuc Corinthias mauult:
N unc Atticarum laudat angulos tantum.
Q uid cum columnis nunc tibi Vetuſtine,
A ut cum triglypho, Ionicas'ue puluinis?
D ormi miſelle: ſat diu laboraſti:
C œnare feſſos, & aliquando permitte:
V el, ſi ſepulchri cura te coquit tanta:
C adauer iſtud ſterquilinio conde.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Ad mare ne accedas propius mea uita: proteruos
Nimirum & turpes continet unda deos.
Hi rapiunt, ſiquam incautam aſpexere puellam
Securos bibulo litore ferre gradus.
Quin etiam in ſiccum exiliunt ſæpe agmine facto,
Atq; abigunt captos ad ſua regna homines.
Tum ſiqua eſt inter prædam formoſa puella,
Tantum hæc non ſubito piſcibus eſca datur,
Sed miſeram fœdis male habent complexibus oẽs,
Inuitamq́; iubent hiſpida monſtra pati.
Os informe illis, rictus, oculiq́; minaces:
Aſperaq́; anguino cortice membra rigent.
Barba impexa, ingens, algæ limoq́; uirenti
Oblita: oletq́; graui lurida odore coma.
Hos tu, ſeu piſces, ſeu monſtra obſcœna uocare
Siue deos mauis, ſi ſapis ipſa, caue.
Nec tibi ſit tanti pictos legiſſe lapillos,
Vt pereas magno uita dolore meo.
Quin potius diuerſi abeamus. reſpice ut antrum
Ad dextram uiridi protegit umbra ſolo.
Decurrit riuus gelidis argenteus undis,
Pictaq́; odorato flore renidet humus.
Imminet & fonti multa nemus ilice denſum:
Et uolucres liquido gutture dulce canunt.
Hic poteris tuto molli requieſcere in herba
Propter aquam, & niueos amne lauare pedes.
Tu mihi ſerta tuis contexta coloribus, ipſe
Texta tuis contra mox tibi ſerta legam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

F loribus, & roseis crinem redimita corollis,
Et compto incedes conspicienda sinu.
P oplite deinde tenus succincta imitabere nymphas:
Obuia marmoreum deteget aura latus.
S yluicolas mea uita deos torquebis amore:
Ignibus urentur flumina & ipsa meis.
I nde domum formosa mage, & mage culta redibis:
Rumpetur tacita tum Hippolyte inuidia.
S ed sensim subsistas, ne te forte puellarum
Aequalis uersam cernat abire chorus.
N esciat hoc quisquam: nam si nos turba sequatur,
Antra ingrata tibi, ingrata & erunt nemora.
H as fatuas rapiant pelagi siue monstra puellas:
Nos coeptum hac furtim dissimulemus iter.
Quod si qua interea audieris per litora murmur,
Protinus in nostro lux mea te abde sinu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Quid speculas atræ fugio, quid tecta puellæ:
Quòd sint Harpyiæ perditi amoris aues?
Quid uito faciem, & cœlestia lumina ocellos:
Demens, quòd ualidæ sint in amore faces?
Congressumq́; omnem, & uerborum mollia uincla:
Quòd misero miri sint in amore Lupi?
Cæteraq́;: heu nimium quòd sint Vrsiq́;, Leæq́;,
Menaliiq́; Canes, Armeniæq́; Tigres?
Sic quoq; dum fugio, cæcis licet abditus antris,
His ipsis mediis queis lateo in tenebris
Innumeras Aetnas patior, Scyllasq́;, Charibdesq́;,
Et quæ durus amor præterea omnia habet.
Quare agite, in lucem uigiles procedite curæ,
Et qui mi pallor plurimus ore sedes.
Huc lacrimæ, medio ducta huc suspiria corde,
Huc qui me æterni conficitis gemitus,
Ite agite huc mecum: Dominæq́; sub ora proteruæ,
Sub sæuos oculos nos periisse iuuet.
Quandoquidem fiet spectando mollius omne id,
Et uita demum suauius hac misera.
Nam si etiam solū hæc monstra omnia circūuallāt:
Testis io saltem sit necis illa meæ.
Illa graueis Nemesis quæ uel tum forsitan iras,
Vltoresq́; timens in sua fata Deos,
Hic uere, posito iam fastu, dicet, amabat:
Et dabit in cineres ultima dona meos.
Protinus hæc maneis tum fama sequetur ad imos:
Ac me iam campis liberum in elysiis
(Stultitiæ ah tantum est fatuo hoc in amore) iuuabit
Illud nescio quod munus inane rogi.

Ad leonem

AD LEONEM DECIMVM PONT. MAX. IOANNIS MVTII AVRELII MANTVANI ELEGIA.

Dum tu orbē imensum paribus cōpescis habenis:
Atq; animo terras prospicis, & maria,
O' Decime afflictis tandem pater optime rebus,
præsidium extremis reddite temporibus:
Totq; tuo ingentes concursant pectore curæ:
Quot fluctus uasto gurgite pontus habet:
Nos tibi sic inter tantarum culmina rerum
Actutum toto fluximus ex animo:
Sicq; leues iactant promissa tot irrita Cauri:
Vt folia Autumni tempore uentus agit:
Quæ simul occursant inter se, & prælia miscent:
Post tandem ad terram ex aere crebra cadunt:
Atq; hæc præteriens calcat neglecta uiator:
Non gregibus, non his parcere cura homini.
Interea exercet me me, nec desinit unquam
Pauperies omneis mi facere insidias.
Cuncta minatur enim misero mala, Iuppiter atræ
Vt paupertatis omne genus pereat.
Quæ mihi nec suaues Musarum expromere cantus,
Nec sinit à tanto mentem inhibere malo.
Sed duras curarum inter stipata cohortes
Vrget, & hoc semper uersat acerba caput.
Cuius dispeream similis si pestis in orbe est:
Tristius aut quicquam Tartara nigra pauent.
Quin etiam Stygium hacce Iouem torquere nocentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Fama tulit, nudas cum iubet esse animas.
N on gemmarum infra, non usus diuitis auri:
Nec quisquam nuda corpora ueste tegit.
N on'ue dapes adhibent mensis, non dulcia uina:
Ast tenebras late, squalidaq́; arua situ
G ens colit: hanc durum quatiens insana flagellum
Inferna excruciat per loca pauperies.
T artarei ex uultu pendet suspensa Tyranni
Pallida, & ad pœnas quos cupit ille, legit.
I nnumeras pestes, atq; agmina sæua sororum
Immittit miseris, perpetuamq́; famem.
H anc trepidæ adspiciẽtes quãtũ horrẽt animæ, et quã
Optarent uotis tunc quoq; posse mori.
N usquam illic urbes, nusquam illic tecta: maligno
Sub ioue regem etiam durum habitare ferunt.
C ontra autem ex auro, atq; ebore in uertice Olympi
Summa nitent claris atria cœlitibus.
H ic passim toto diffundit Copia cornu
Ambrosiasq; dapes, nectareumq́; merum.
P lausibus, ac cœlum uario late undiq; cantu
Perstrepit: & lætas numina agunt choreas.
H uc Dij fulgentes magni cum uestibus aureis
Conueniunt: summo stat pater in solio
I uppiter, & superis edicit iura uocatis,
Diuino mulcens sydera colloquio.
D ispositos sic infra olim sede editus alta
Conscriptos cernis numina uestra patres:
C um tu oratores, per quos tibi supplicat orbis,
Atq; tuo sese subijcit imperio:
E xcipis. illi autem placidum sibi numen adorant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Prostrati, & sacris oscula dant pedibus:
Dein diuina domum redeuntes iussa reportant:
Quaeq; alia externis regibus, ac populis
Pectoris è sancti penetralibus abdita profers:
Suspensis captant quae prius auriculis.
Quare quid mirum est, si aurum quoq; iudicibus dijs
Vulgus amat? largas diuitiasq; probat?
Vt quae unae ualeant facere, ac seruare beatos,
Et dare compositi laetitias animi:
Quaeq; etiam ueluti me inuisum deseruere,
Iactatumq; maris fluctibus in medijs:
Quod neq; iam dignatur opem Rhamnusia uirgo
Ferre, nec ulla hominum pectora consilium.
Atqui olim non me haec miserum sperare iubebas,
Degere sed discincta otia Pegasidum:
Multaq;, quae uestro mihi nomine rettulit olim
Adriaci Bembus gloria magna soli:
Bembus amor Musarum, & Palladis ultima cura:
Castalio Bembus potus in amne pater:
Omnibus his qui te te unum iam praetulit, uni
Dulcia Pieridum numina posthabuit:
Quae nunc aerei sub uerticibus Parnasi
Te sibi flent tantum surripuisse decus.
Da mi igitur dextram, meq; hoc ex turbine mentis,
Totq; aerumnosis eripe uorticibus.
Hoc tibi restat opus, hoc est tibi perficiendum:
In te uno est una, atq; unica nostra salus.
Quod si non aequa haec mea carmina respicis aure:
Verbaq; das rapidis irrita ferre notis:
Me neq; tantillum, quantum est seruare deorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Iam poterit:non si mox uelit ipsa salus.
Quin totis penitus Fortunæ absorptus in undis,
Protinus ingratos ore bibam latices.

BALD. CASTILIONIS.

T V ne iterum demens hesterni oblita pericli
Litora festiuo pergis adire gradu?
N on'ne uides mea lux gemitus, & murmura ponti?
Iam iam exire freto monstra marina parant.
M e miserum his'ne genis roseis, roseisq; labellis
Oscula tam immundo congeret ore fera?
L acteolum hoc corpus squammis teret usq; libebit,
Implicatum & cupidis nexibus impediet?
M ox lanians pectus lacerum, uesc atisq; papillas
Explebit diram mordicus ingluuiem?
M ortales hæc monstra omneis odere, tamen sunt
Si nescis pulchris longe inimica magis.
A udisti ne olim Hippolyti crudelia fata?
Disce alieno ut sis cautior ipsa malo.
T heside Hippolyto præstanti corpore forma
Rara quidem, decor at rarior oris erat.
S parserat aurata iam tum lanugine malas:
Fulgebat sed adhuc uirgineum ore decus.
M ultæ illi tæda iungi optauere puellæ:
Multæ etiam proprios destituere uiros.
Quin illum insano dilexit perdita amore,
Plus anima, atq; oculis ipsa nouerca suis.
I lle tamen spretisq; alijs, spretaq; nouerca
Venator tantum deuia lustra colit:

E t canibus, iaculoq; feras, arcuq; fatigat:
Et iuga uexilibus claudit iniqua plagis.
N unc uiridi strophio faciem defendit ab æstu:
Oraq; fontano sicca lauat latice.
S æpe fugacis equi cursu præuertitur euros:
Sæpe altum gaudet per nemus ire pedes.
S ed tum forte legens extremi litoris oram,
Imprudens curru uectus erat biiugo:
B ellua cum subito cornuta expellitur undis,
Sublatisq; maris naribus efflat aquas:
M ox uicina truces oculos ad litora uertens,
Hippolytum recto tramite sæua petit.
Q uadrupedes retro pauidi cessere, citato &
Per scopulos cursu corripuere fugam.
H ippolytus lentus luctari, tendere habenas
Nequicq̃, & uana ducere frena manu.
C urrus inaccessas per rupes, saxaq; raptus
Frangitur, eiectis & cadit axe rotis.
A t miser implicitus loris puer, inq; peditus
Distrahitur membris: membra reuulsa crepant.
F undere non poterat lacrimas, non uerba, dolentes:
Tam cito discerpto corpore uita abijt.
I n tenues dulcis decor ille euanuit auras,
Vt folia hesternæ cum cecidere rosæ.
F laua coma hamatis dumis annexa pependit:
Et lacera hæserunt uiscera stipitibus.
F leuerunt nemora, & saltus, fontesq;, lacusq;,
Naiades, & Panes, & Satyri, & Driades.
Q uid loquor Andromedē, matris quā pēdere formæ
Poscebant pœnas impia monstra maris?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

P endebat scopulo infelix suspensa cathena

* *

H orrifico pestis fremitu maria alta secabat,
Ignem oculis, spumam sanguineam ore uomens.
F orte leues Perseus nixus talaribus auras
Carpebat, pelagi litora despiciens.
A ffixam ut uidit dura sub caute puellam,
Flexit iter, pennas substituitq; suas.
M ox propior teneros artus, & uirginis ora,
Et formam aspiciens corporis, obstupuit.
S ingula dum laudat, sortem miseratus acerbam,
Illabi dulcem sentit amorem animo.
A tq; ait o` duro nimium damnata puella
Iudice, quae tanto est culpa luenda malo?
E xercet te certe aliquis deus ultor amantum:
Nam si crimen habes, crimen amoris habes.
I lle loquebatur: planxerunt litora fluctus:
Respicit, exitium bellua dirum aderat.
Quam simul ac rictu properantem uidit aperto
Andromede, & se iam iam propiusq; peti:
V ulnificos uisa est sensisse in corpore morsus,
Et sua lethifero uiscera dente trahi.
A tq; ita deficiens, sine sanguine, uoce, animoq;
Horruit, & gelido saxea facta metu est.
C rede mihi, iuueni tantum sua cura puella est:
Spectatamq; fidem solus amator habet.
A stabant trepidi lugubri ueste parentes:
Et natae lacrimas, irrita dona dabant.
L aeua heros clypeum capiẽs, dextra impiger ensem,
Mittite ait lacrimas, hac ope tempus eget.

Nec mora, delatus uolucri super æquora plantæ,
Terga feræ ualido comminus ense ferit:
Ingeminansq; ictus, condit sub gutture ferrum:
Mox celer insultans ilia transadigit.
Dentibus infrendens uacuas fera sæuit in auras,
Et sanie immixto sanguine tingit aquas.
Ille iterum dextram attollit: tum deniq; monstrum
Effugit, & stridens æquoris ima petit.
At iuuenis medio sublimis in aere pendet,
Exerat expectans qua fera parte caput.
Emergit tandem resupinum turpe cadauer,
Iactaturq; maris fluctibus exanimum.
Clamorem attollunt lætum per litora uulgus:
Et plausu resonant concaua saxa nouo.
Cassiope, Cepheusq; adimunt uincla aspera natæ:
Ad sua tunc lætus præmia uictor adest.
Et dextram iniÿciens dextræ, colloq; sinistram,
Nympha meo dixit parta labore mea es.
Illa ualete inquit duri, & sine amore parentes:
Hic pater, hic coniunx, hic mihi mater erit.
Vos me uestra auido exposuistis uiscera monstro.
Hic me Orcæ è mediÿs faucibus eripuit.
Hunc ego si thalamo me non dignabitur, ultro
Serua lubens dominum quà uolet usq; sequar.
Dixit, & ingressa est Persei noua nupta penates:
Nec patriæ posthac intulit illa pedem:
Sed maria, & scopulos semper, litusq; perosa,
Incoluit summis oppida celsa iugis.
Præteritiq; memor monitis parebat amantis,
Vnde polo stellis nunc dea fulta micat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

At tu non assis facis, irridesq; monentem:
Vlteriusq; amens cœptum iter ire paras.
Quin etiam plantas tingis male sana marino
Fluctu: ah mi tantos ne incute sæua metus.
Forsitan apricos colles, & consita opacis
Arboribus sub aqua prata uirere putas:
Atria uel cerni Phrygijs suffulta columnis,
Auratasq; trabes, marmoreumq; solum.
Nil nisi uentorum fremitus, tristesq; procellas
Impulsus rapido turbine pontus habet.
Putris arena iacet cœnoso sordida fundo,
Et congesta altis æstuat arboribus.
Nedum aliud, conchas non illic uersicolores
Inuenies: tantum has litoris ora tenet.
Tum se se attollunt pelago passim ardua saxa,
Quædam etiam insano gurgite cæca latent.
Hic sua defossis posuere cubilia subter
Cautibus, & liquidos monstra marina lares.
Hic secura intus cunctantur, & ocia ducunt,
Cum furit hibernis uentus, & unda minis.
Hic etiam è speculis procul aduentare carinas
Vtq; sua labi sub ditione uident:
Disponunt furtim insidias, latitantq; cauernis,
Dum subeat tectos nautica turba dolos.
Qualis ubi aspexit uenientem ad retia ceruum,
Venator tacito gaudia corde premit.
Sæpe etiam fundo morsu subnixa tenaci
Detinet inuitam uipera parua ratem.
Illa immota manet medio licet incita cursu,
Intendantq; leues lintea plena noti

Tum

T um subito è latebris prodit gens lubrica ponti,
Atq; acie instructa prædam inimica petit.
O bicæ pars munit fauces, aditusq; malignos
Obsidet, ulla fugæ peruia ne uia sit.
P ars dorso connixa ratem subuertere tendit:
pars clauum, remos, & tabulata rapit.
A t laterum laxa tandem compage dehiscit,
Aequoreasq; bibit naufraga puppis aquas.
I nterea nautas nequicq̃ multa parantes
Infelix uastis obruit unda uadis.
A t rapida infido crassantur in æquore monstra,
Per mediasq; atra clade feruntur aquas.
S emineces rapiunt, prensosq; uolumine caudæ
Affligunt saxis terq; quaterq; suis.
D ilaniant artus, & adhuc trepidantia mandunt
Viscera, & in misero sanguine rostra lauant.
F racta minutatim crepitant sub dentibus ossa:
Et semiesa undis membra cruenta natant.
S æpe etiam uiuos intra stabula abdita seruant,
Vt quos diuûm aris pastor alit uitulos.
N am sua cum certis solennia sacra diebus,
Et celebrant lætis annua festa choris.
R auca tonans scopulis horrendum bucina torti
Tritonis, madidum cogit in antra pecus.
T unc pelagi excitum fundo genus omne ferarum
Apparet, liquidis & glomeratur aquis.
A t malus ille senex Proteus pastor maris anteit,
Et (mirum) in uarias se induit ipse feras.
N am modo fit serpens, modo sus, modo torua Leæna,
Horrida nunc Tigris, nunc sonitum ignis habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

H ic passim armenta exultantia fuste coercet
Increpitans, magnum & per maria agmen agit.
N on tot habent syluæ frondes, tot litus arenas,
Quot uaria in tenero marmore monstra natant.
N ec solum informesq; Orcæ, atq; immania Cetæ.
Quæq; mare undisonum tantum habitare solent,
S ed tauri uulpesq; auidæ, fuluiq; dracones,
Raptoresq; lupi, sæuaq; turba canes.
N am quascunq; feras antris ex montibus altis
Terra alit, has uasto gurgite pontus habet.
B ellua præterea (ueteres dixere Charybdim)
Sublatum pelago fert truculenta caput.
H æc miseras auido puppes absorbet hiatu,
Tantum illi barathrũ, & gutturis antra patent.
P arte alia se infert timor, atq; infamia ponti
Semifero ingrediens corpore Scylla rapax:
F rons illi præfert formosæ uirginis ora:
Atq; infida procul lumina dulce micant.
I nguinibus rapido latrant centum ore Molossi:
Sicca fame impasta guttura semper hiant.
T alia monstra mari coeunt, ludosq; frequentes
Instaurant epulis, & sua festa colunt:
I nfandasq; dapes mensis, & fercula dira
Apponunt tabo pallida frusta hominum,
C olla humeris auulsa, manus, truncosq; lacertos
Atq; ora effossis tristia luminibus.
C orpora sunt hominum illis esca, & pocula sanguis:
Hostibus hæc nostris prandia dent superi.
H æc te, si fueris deprehensa in litore, Cetæ
Impositam dorso protinus accipient.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Ah scelus indignũ, ah misera, ah male cauta puella
Quid tibi tunc animi, quid tibi mentis erit?
Clamabis montesq; procul: litusq; relictum
Respiciens frustra flebis, opemq; petes
Astabunt facies toruæ, & flenti increpitabunt:
Quam cupies nobis tunc habuisse fidem.
Tunc nostri nemoris frustra memor, et memor antrĩ
Atq; tui frustra Castilionis eris.
Ipse aliam pro te forma præstante puellam
Inueniam, & quæ mi sit mage morigera.
Illi ego deliciasq; tuas donabo, & amores.
I nunc argutas, i sequere, Halcyonas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

BALD. CASTILIONIS ELEGIA QVA FINGIT HIPPOLYTEN SVAM AD SE IPSVM SCRIBENTEM.

Hippolyte mittit mandata hæc Castilioni,
Addideram imprudens hei mihi penè suo.
Te tua Roma tenet, mihi quam narrare solebas
Vnam delicias esse hominum, atq; deûm.
Hoc quoq; nunc maior, quod magno est aucta Leone,
Tam bene pacati qui imperium orbis habet.
Hic tibi nec desunt celeberrima turba sodales:
Apta oculos etiam multa tenere tuos.
Nam modo tot priscæ spectas miracula gentis,
Heroum, & titulis clara trophæa suis:
Nunc Vaticani surgentia marmore templa,
Et quà porticibus aurea tecta nitent,
Irriguos fontes, hortosq;, & amœna uireta,
Plurima quæ umbroso margine Tybris habet:
Vtq; ferunt, cœtu conuiuia læta frequentas:
Et celebras lentis ocia mista iocis.
Aut cithara æstiuum attenuas, cantuq; calorem.
Hei mihi quàm dispar nunc mea uita tuæ est.
Nec mihi displiceant quæ sunt tibi grata, sed ipsa est
Te sine lux oculis penè inimica meis.
Non auro, aut gemma caput exornare nitenti
Me iuuat, aut Arabo spargere odore comas:
Non celebres ludos festis spectare diebus,
Cum populi complet densa caterua forum.
At ferus in media exultat gladiator arena.
Hasta concurrit uel cataphractus eques.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S ola tuos uultus referens Raphaelis imago
Picta manu curas allenat usq; meas.
H uic ego delicias facio, arrideoq;, iocosq;
Alloquor: at tanq̃ reddere uerba queat,
A ssensit, nutuq; mihi sæpe illa uidetur
Dicere uel aliquid, & tua uerba loqui.
A gnoscit, balboq; patrem puer ore salutat.
Hoc solor, longas decipioq; dies.
A t quicunq; istinc ad nos accesserit hospes,
Huic ego quid dicas, quid facias'ue, rogo.
C uncta mihi de te incutiunt audita timorem.
Vano etiam absentes sæpe timore pauent.
S ed mihi nescio quis narrauit sæpe tumultus
Misceriq; neces per fora perq; uias,
C um populi pars hac Vrsum, pars illa Columnam
Inuocat, & trepida corripit arma manu.
N e tu, ne quæso tantis te immitte periclis:
Sat tibi sit tuto posse redire domum.
R omæ etiam fama est cultas habitare puellas,
Sed que lasciuo turpiter igne calent.
I llis uenalis forma est, corpusq;, pudorq;.
His tu blanditijs ne capiare caue.
S ed nisi te captum blanda hæc iam uincla tenerent,
Tam longas absens non paterere moras.
N am memini cum te uiuum iurare solebas
Non anima, nec me posse carere diu.
V iuis Castalion, uiuasq; beatius opto:
Nec tibi iam durum est me caruisse diu.
C ur tua mutata est igitur mens? cur prior ille
Ille tuo nostri corde refrixit amor?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Cur tibi nunc uideor uilis, nec ut ante solebam
Digna tori sociam quam patiare tui?
Scilicet in uentos promissa abiere, fidesq;
A nostris simul ac uestri abiere oculi.
At tibi nunc forsan subeunt fastidia nostri,
Atq; tuo Hippolytes nomen in ore est graue.
Me tibi, teq; mihi sors & deus ipse dedere.
Quod nam igitur nobis dissidium esse potest?
Verum ut me fugias, patriam fugis improbe: nec te
Cara parens, nati, nec pia cura tenet.
Quid queror? en tua mi scribenti epistola uenit,
Grata quidem, dictis si modo certa fides:
Te nostri desiderio languere, pedemq;
Quam primum ad patrios uelle referre lares:
Torqueriq; mora, sed magni iussa Leonis
Iamdudum reditus detinuisse tuos.
His ego perlectis sic ad tua uerba reuixi,
Surgere ut æstiuis imbribus herba solet.
Quæ licet ex toto non ausim uera fateri,
Qualiacunq; tamen credulitate iuuant.
Credam ego quod fieri cupio, uotisq; fauebo
Ipsa meis: uera hæc quis neget esse tamen?
Nec tibi sunt præcordia ferrea, nec tibi dura
Vbera in alpinis cautibus vrsa dedit.
Nec culpanda uiæ est mora: nam præcepta deorum
Non fas, nec tutum est spernere uelle homini.
Esse tamen fertur clementia tanta Leonis,
Vt facili humanas audiat ore preces.
Tu modo, & illius numen ueneratus adora:
Pronaq; sacratis oscula da pedibus.

C umq; tua attuleris, supplex uota adijce nostra:
Atq; meo largas nomine funde preces.
A ut iubeat te iam properare ad mœnia *
Aut me Romanas tecum habitare domos.
N amq; ego sum sine te ueluti spoliata magistro
Cymba, procellosi quam rapit unda maris.
E t data cum tibi sim orba utroq; puella parente,
Solus tu mihi uir, solus uterq; parens.
N unc nimis ingrata est uita hei mihi, namq; ego tm̄
Tecum uiuere amem, tecum obire libens.
P ræstabit ueniam mitis deus ille roganti,
Auspicijsq; bonis, & bene, dicet, eas.
O cyus hic celeres mannos conscende uiator,
Atq; moras omneis rumpe, uiamq; uora.
T e læta excipiet festis ornata coronis,
Et domini aduentum sentiet ipsa domus.
V ota ego persoluam templo, inscribamq; tabellæ,
Hippolyte salui coniugis ob reditum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

f Elices lacrimæ, suspiria mutua amantum
Et uere ex omni parte probata fides.
Vidi ego uos arctis pariter hærere lacertis,
Et trahere in longas uerba proterua moras.
Oscula quis numeret toties iterata labellis?
Quanta fuit uestris lætitia in lacrimis?
Vt fons prosiliens muscoso limpidus antro
Irrigat herbosi gramina læta soli,
Paulatim & labens teneras furtiuus in herbas
Vicino ubertim flumine miscet aquam:
Sic lacrimæ mistæq; genis, oculisq; fluebant
Amborum: atq; sinus alter in alterius
Plorabat. tunc læta Venus miscebat amores,
Sub tunica exercens dulcius officium.
Felices lacrimæ, dulci quas tinxit amaro
Mæsta Venus, lætæ conscia tristitiæ.
Carmine uos semper nostro uentura loquetur
Hæc atq; illa ætas, atq; alia, atq; alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Ioannes Pardus Sannazario respondit ad eam elegiam, quæ incipit. Parde.

Cui, cui simplex peperit facundia nomen
a Synceri, & uitæ candida simplicitas:
Si pecus exiguum nobis, si commodus esset,
Qui pecus & dominum pascere posset, ager:
Ipse quoq; in syluis non dedignarer opacis
Viuere, quas magni dijq; deæq; colunt.
Ruris delicijs fruerer, ruris'q; labores
Exciperem fessis sæpius agricolis.
Hic ego longa meæ cupijssem stamina uitæ
Ducere, hic atram rumpere fila diem.
Par igitur nobis studium, dispar'q; facultas:
Hinc'sequimur uitæ munera disparia.
Ergo prædiolis tu, qui potes, urere auitis
Pinguius, & siculis pasce pecus gregibus.
Mi quia nulla soli natalis cura relicta est,
Cura sit externi sydereiq; soli.

Sannazarius. M

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Amo, quod fateor, meam Lycorim
Vt pulchras iuuenes amant puellas.
Amat me mea, quod reor, Lycoris
Vt bonæ iuuenes amant puellæ.
Huic ego, ut semel hanc uidere uisus
Sese ostendere fixiore ocello,
Quando inq̃ mea lux mei laboris
Das mi præmiolum? sauciq; cordis
Tot incendia mitigas Lycori?
Hic illa erubuit, simul'q; risit.
Ridebat simul, & simul pudebat:
Dum'q; molliculos colens amores
Colit uirgineum simul pudorem,
Quid negem tibi dixit? & capillum,
Qui pendens leuibus uibratur auris,
Et formosa uagus per ora ludit,
Hunc secans trepida, implicans'q; in auro,
Hæc fila aurea, & aureum capillum
Pignus inquit habe mei'q; amoris,
Mei'q; ipsius: hoc tuum puellæ
Tuæ pignore lenias calorem.
Hei hei quid facis hei mihi Lycori.
Hæc sunt flammea texta non capilli:
Sunt hæc ignea uincula. ni relaxes,
Qui tanto ualeam ualere ab æstu?
An'ne ignem iuuat ignibus perire?
Come flammeolæ subite flammas:
Crines igneolæ ualete in ignes:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Sat me flammea texta nexuistis:
Nunc uos soluimini, & subite flammas:
Vssistis nimis ignei capilli.
Nunc uos urimini, & ualete in ignes.
Perge extinguere, tuq; flammea flamma
Exedas mea corda quae exedebant.
At tu, sic reliqui tui capilli
Durent perpetuum tibi Lycori:
Quod tuos ferus usserim capillos,
Parce: nam uolo amare, non peruri.

Eiusdem.

Quae alma grato carmine fortium
O Mori Thalia facta uetus uirûm,
Nunc & per ora Liuianum
Omnium, & omne feras per aeuum:
D ic ut superbae contuderit minas
Germaniae, atq; à Caesare barbaro
Fessae tot annos imminentem
Ausoniae arcuerit ruinam.
N am quis malorum heu heu ueterum
Non expauebat? cum populos truces
In nos remotis usq; ab oris
Qua glacie riget Amphitrite,
A udiret armari: asperaq; alpium
Iam uincere altis cum niuibus iuga
Feris inaccessa, atq; fines
Vndiq; iam populare nostros?
A t Liuianus in trepidis docens
Audere rebus, qua uiolentior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Vis hostium ingruit, citatis
Obuius agminibus cucurrit.
D uctore tandem hoc scilicet Italas
Videre montes insoliti manus,
Tormenta, atq; equos, & arma
Alpicolæ stupuere Fauni.
T andemq; nostra impune nimis diu
Bacchati in arua Theutones horridi,
Sensere in antiquumq; robur,
Inq; nouum Marium incidisse.
C um cæsa pubis flos Alamanicæ
Repente in alta ualle Cadubrij
Phalanx niues cruore tinxit
Purpureo, rapidumq; Planem.
A rx & recepta est: pectora militum
Cum sæua nostrorum ardua non uia,
Non saxa, non arcere muris
Terrifica potuere nimbi,
C adente ahena fulminis in modum
Contorta ab igni sulfureo pila,
Qua terra subsultat, nigerq;
Cum sonitu ferit astra fumus.
D irum repertum: & ingenium male
Sagax, sacrumq;, quo truculentius
Nil inuenire atrox Megæra,
Sæua nec ira potest deorum.
S ed cuncta præbens horrida temnere
Dux acer, urget. hunc sequitur cohors
Secura: præsentemq; mortem,
Magnanimo duce freta, uincit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Dijs cura nostri est. at Venetus pater
Probe latinæ consuluit rei,
Cum ius tibi omne copiarum
Liuiane tribuit suarum:
Corneliumq; mox socium dedit
Magno è senatu, cui sapientia
Insignis, ac fortuna auorum
Scipiadum reparant honores.
Non imperatorem ille queat sibi
Optare, Mauors quem mage diligat,
Non tu senatorem ferendis
Consilijs animosiorem.
Vos nuper hostium unanimes feram
Fregistis audaciam, ac pauidos patres
Firmastis, ac suam attulistis
Semianimis populus quietem.
Vos iam timebit barbarus, ac suis
Pedem cauebit tollere finibus,
Ni læua mens est, dijq; nostros
Adcumulare malunt triumphos.

Eiusdem.

Caparion ego sum, quem uiuum maxime amauit
Liuiades, tumulum post dedit, & titulum.
Plura cani ingenue de se sibi non licet: at mi
Nunc audita meo accipe de domino.
Latrantem me forte phalanx germana per umbras
Vt nouit, de more adfore herum timuit,
Et fugit trepida. at ridens ait una dearum,
Quæ ante Iouis solium ferrea pensa trahunt,
Ne trepidate: semel satis est timuisse, neq; illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Quem fugitis, prius huc fata uenire sinent
Quàm Gallos male fœdifragos demiserit Orco,
Et quisquis uexat barbarus Italiam.
Quisq; ades, dño hæc referas precor: hæc quoq; paucas
Addito, amat te etiam trans Styga Caparion.

Eiusdem.

I am ualete boni mei sodales
Naugeri optime, tuq; amice Turri,
Vere candidi, & optimi sodales,
Quos nunquam sat amauerim, licet uos
Quam fratres mage, quamq; me ipsum amarim:
Quibus perpetuum frui per æuum,
Vota si mea dij audiant benigni,
Sit una ampla animi mei uoluptas.
Verum dura necessitas repugnat,
Inuitumq; alias adire terras
Cogit, atq; alios parare amicos.
Vos ergo memores mei este. uestro
Fixam in pectore imaginem, bonamq;
Vobis partem animæ meæ reliqui,
Dulces, candiduli, & boni sodales.

Eiusdem.

N e tua ne mea mi cane carmina cara Lycori.
Mi uox ista auida haurit ab aure animam.
E t uela faciem, ne me liquat ipsa, uidendo,
Et trahat intentis ex oculis animam.
E t mihi conde sinum, istis dũ paro pressa capillis
Basia. mi rapiunt ore ab anhelo animam.
N ec mi ostende manum. illa mihi potis est aperire
Pectus, & è medio uellere corde animam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.3.5.33

Et mi ostende aliquid. moribundo abit ægra mihi
Nil uideo, cum te lux mea non uideo. (mens.
Quid tamen optarim ostēdi mihi? quid tibi in isto est
Corpore, quo uiso non subito peream?
Tolle precor tunicam tantillum, & pascere ocellos
In pede languenteis me sine candidulo.
Sed quid ego optaui? mihi paulo ante iste tuus pes
Me incessu tenero dimidium abstulerat.
Quod si tunc imis e uestibus exeruisset
Vnum uel minimum forte aliqua digitum,
Linquere me cupide uidisses, me simul omnem
* Affusum, & dulci dulce mori digito.
Verum age iam cane lux mea: iam mihi lux mea
Te retege, atq; omnes mi face delicias. (totam
Nam si mors obeunda, inhians in te mea malim
Vita mori, quod uita est mihi amabilius:
Quàm tristis desiderio tabescere amati
Corporis, unde miser sim, & decuplo peream.

Eiusdem.

O factum lacrimabile, atq; acerbum.
Nunc certe lacrimaberis Lycori.
Digna res lacrimis, tuóq; luctu.
Nanq; lumina nostra, lumina illa,
Illa lumina, quæ Lycori amabas,
Quæ tuis solita anteferre ocellis,
Non sunt lumina, sed malæ tenebræ.
Illa, ut impia fata te Lycori
Abstulere mihi, tuóq; longe
Me à uultu uoluere abesse cæro,
In riuos abiere lacrimarum:

Quodq; amarius, atq; præter omnem
Lacrimabile cogitationem,
Quantumcunq; habuere lacrimarum
Iampridem euomuere: nunc ad ipsum
Ventum est sanguinem, atq; ab intimo cordis
Ducto flumine turgidi, horridiq;
Sanguinem lacrimant miselli ocelli,
Et cum sanguine amata diffluit lux,
Ac sic enecuere seq; meq;,
Dum mecum miseri igneum furorem
Quærunt diluere, & rigare mentem,
Heu mentem, Enceladi, Typhoeiq;
Aestuosa anima æstuosiorem.

Eiusdem.

O celle fluminum Calor, Calor pulcher,
Calor bonarum cura, amorq; nympharum,
Quem cærulum fouens caput sinu blando
Montella secum amore uincat æterno,
Dic o mihi amnis conscie, an ne nunc forte
Pulchra illa, simplexq; adeo, & omnibus felix
Soluta curis mea Rubella per ripas
Tuas oberrat? & uel ex odoratis
Pingit corollas floribus, uel in densa
Sylua sibi suaui sopore blanditur?
An ne potius cum æqualium choro ludit,
Qua primum oriris ipse, quaq; miscetur
Nitens nitenti Balnius Politinæ,
Tuosq; læti confluunt in amplexus?
Argenteumq; pedem, atq; nuda formosos
Artus per undam, & aureum lauit crinem?

Sic est:

Sic est: ibi illa membra eburnea, atq; ipsas
Papillulas beata frigeras lympha:
Atq; inde flammeo calore concepto
Hucusq; flammas in mea ossa transmittis:
Dum te subinde candidæ memor nymphæ,
Quà iam recepta Samni tumes unda,
Samni, & uetustas limpidus rigas urbes,
Exul, miser, suspiciosus inuiso.
At tu Calor, sic olim amœnus auratis
Dicare cornibus, arduusq; Vulturno
Ferare uicto, illiq; iam auferas nomen,
Fontem ad tuum recurre, dic meæ luci,
Meo te abigne posse sæpe siccari,
Meo nisi de fletu identidem crescas.
Dic, me amplius nequire tanta celare
Nequire ferre uulnera, ac mori semper.
Tum, si ipsa prorsus haud sit immemor nostri,
Si sors amara illi mea, & fides grata:
Dic, me libenter ferre quicquid est duri.

Eiusdem.

Me longe effigie uenustiorem
Narcissi, uel Apollinis comati
Paratum Lachesis nimis seuera
Isti Quinterium dedit sepulchro.
Cur non flosculus exeam requiris,
Cum tantum fuerim puer decorus?
Tellus est nimis arida o uiator
Nostri facta perustione amoris:
Sed si lacrimulis tuis madescet,
Forsan flos nouus ibit è sepulchro:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

SANNAZARII, ET ALIORVM EPIGRAMMATA.

V Iderat Adriacis Venetam Neptunus in undis
Stare urbem, & toto ponere iura mari.
N unc mihi Tarpeias quantum uis Iuppiter arces
Obiice, & illa tui mœnia Martis, ait.
S i pelago Tybrim præfers, urbem adspice utranq;
Illam homines dices, hanc posuisse deos.

Eiusdem.

F lebat adhuc mœrens ceruo Cyparissus adempto,
Cum sua conspexit cortice membra tegi.
D elius exclamat: quid nostro sylua dolore
Crescis? tu Daphnem, tu Cyparisson habes.

Eiusdem.

A lphonsus magnum dum traiicit Apenninum:
Castraq; non solita primus in alpe locat:
A rmorum sonitus, galeasq;, ærataq; tela
Syluarum dominæ pertimuere Deæ.
Quin etiam occultas Satyri petiere latebras,
Adsueti imbelles ante uidere feras:
S pectaruntq; procul alta de rupe silentes:
Agmina dum, & magnos cogeret ille duces.
A tq; aliquis signa adspiciens miratur, & inquit.
Imperium uobis Vrbis, & orbis erit.

Eiusdem.

I uppiter infractos iactat dum sæpe gigantas:
Et sibi seruati dat decus omne poli:
S ic est, inquit Amor: namq; hoc mugire solebas
Tunc quoq;, cum torua fronte iuuencus eras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Eiusdem.

De Veneris nato questa est Dyctinna Tonanti,
Quod nimis ille puer promptus ad arma foret.
Tum pater accito ostendens graue fulmen Amori,
Hoc tibi saeue puer spicula franget, ait.
Cui lasciuus Amor motis haec reddidit alis:
Quid si iterum posito fulmine cycnus eris?

Eiusdem.

Dum Venus armatum complectitur obuia Martem:
Distrinxit teneram fibula adunca manum.
Sensit, & ante Iouem ridens ait aemula Pallas:
Bella iterum gessit cum Diomede soror.

Eiusdem.

Tractabat clypeum Marti platitura Dione,
Saeuaq; foeminea sumpserat arma manu.
Pone dea, exclamat petulanti uoce Priapus:
Pone: decent istas haec magis arma manus.

Eiusdem.

Spreuerat hirsutas pascentem Pana capellas,
Candida nocturnis quae Dea fertur equis.
At postquam niueae conspexit munera lanae
Posthabuit furuas Endimionis opes.
Ille autem tristi demittens lumina somno:
Mors haec, mors, inquit, non mihi somnus erit.

Eiusdem.

Effudit longas Tegeaea in rupe querelas
Pan captus forma candida Luna tua.
Cumq; breui calamos cera coniungeret, inquit:
Praedata es sensus tu quoq; canna meos.

Eiusdem.

Excitat obstrictas tumulis summontius umbras,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Impleat ut sanctæ munus amicitiæ.
V tq; prius uiuos, sic & post fata sodales
Obseruat, tristes & sedet ante rogos.
N ec tantum uiolas cineri, ac bene olentia ponit
Serta: sed & lacrimis irrigat ossa pijs.
P arua loquor. cultis reparat monumenta libellis:
Cum possint longam saxa timere diem.
A t tu, uiuaci quæ fulcis nomina fama,
Poscenti gratas Musa repende uices:
V t quoniam dulces optat sic uiuere amicos:
Viuat, & in libris sit sacer ille meis.

Eiusdem.

A spice quàm uarijs distringar Lesbia curis.
Vror, & è medio labitur igne liquor.
S um Nilus, sumq; Aetna. meas extinguite flammas
O lacrimæ: lacrimas ebibe flamma meas.

Eiusdem.

P arthenope mihi culta uale blandissima siren:
Atq; horti ualeant, Hesperidesq; tuæ.
M ergillina uale nostri memor, & mea flentis
Serta cape, heu domini munera auara tui.
M aternæ saluete umbræ, saluete paternæ,
Accipite & uestris thurea dona focis.
N e'ue nega optatos uirgo Sebethias amnes:
Absentiq; tuas det mihi somnus aquas:
D et fesso æstiuas umbras sopor, & leuis aura:
Fluminaq; ipsa suo lene sonent strepitu.
E xilium nam sponte sequor. Fors ipsa fauebit.
Fortibus hæc solita est sæpe & adesse uiris.
E t mihi sunt comites Musæ, sunt numina uatum.

Et mens læta suis gaudet ab auspicijs.
B landiturq; animi constans sententia, quamuis
Exilij meritum sit satis ipsa fides.

Augustini Beatiani Epigramma
Ad Petrum Bembum.

E x animo quoniam Ghibertum diligis, atq; hunc
Aequari cœlo laude merere putas:
I mmensum eximio iuuenis lætatus honore,
Nescio quid solito grandius ore sonas.
E t peream, ueterum nisi tu contendere seclis
Nostra iubes, Veneti gloria Bembe maris.
Quàm bene, non alio Ghibertus carmine dici,
Hoc alius nemo carmine dignus erat.

Eiusdem ad Io. Matthæum Ghibertum
Episcopum Veronensem.

M ulta Deum humano generi tribuisse uidemus:
Nunquam hominis poterat quæ meruisse labor.
I nnumeras ideo positus sibi possidet aras:
Et Deus in toto cernitur orbe coli.
T u quoq; cum meritis dederis mihi plurima nullis,
Quis Ghiberte mihi te neget esse deum?
D icere sed nostra hoc si relligione uetamur:
Supra hominem certe te coluisse licet.
Eiusdem.
A ltera lux Medicum, nutu qui temperat orbem,
Nec uirtutis habet præmia digna suæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

S ignatum summo te cunctis lætus honore
Prætulit, & meritis non tamen æqua dedit:
N ec dabit, ut tribuisse tibi uelit omnia magnus
Hic Ghiberte Deus, cui dare tanta licet.
F inge tuos tamen æquari mercede labores:
Quo faciat fidei non habet ille satis.

Eiusdem.

Quàm debere putem tibi, si Ghiberte requiris:
Quantū animo, atq; anima me dare posse, datur.
V erū animo, atq; anima, quādo tibi reddere quantū
Debeo, non ullo tempore posse puto:
S altem aliqua ut meritis referatur gratia tantis,
Hunc tu iure tuo sume animum, atq; animam.

*

R idebat thalamos, turpemq; Mineruа maritum,
Inq; ipsos ibat multa iocata pedes.
Quum Venus, ò demens hos nox, et stragula tēnunt:
Tertius ille mihi sit modo rectus, ait.

Eiusdem.

A erea Vulcani ueritus Mars retia læsi,
Iam nullo lætam semine arabat humum.
A t Cypris, uel abi, dixit, uel disce, rigando,
Quo sine hæc melius rura colenda modo.

Eiusdem.

F orte sui Cypris celebrabat Adonidis hortos:
Mulcebatq; leui citria poma manu.
Quin magis hæc, inquit, mota tum falce Priapus,
Hæc tracta: his citrus nam tibi Adonis erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Eiusdem.

Dum furit, & totam Mars est ad classica noctem:
Mane Venus medicum consulit ægra Deum.
I Dea, Phœbus ait, meliorem i, quære Priapum:
Morbus hic alterius non nisi Martis eget.

Eiusdem In Pollam.

Dum puerū suades redeunti Pollam marito
Hausta formosum te genuisse niue.
Ille apud æthiopes immenso uendidit auro?
Et rapidus niueum sol liquefecit, ait.

Eiusdem In Daphnim.

Tot iustis agitur passim Rhamnusia uotis
Vltrix in fastus Daphni superbe tuos.
Quid tibi cum speculo, miserum me? Quin fugis oēm
Narcissi Nemesim fontis habere domi?

Eiusdem De Victoria columna Dauala.

Infelix iterum stygias ne auecta per undas
Heroi instauret funera acerba uiro:
Sustinet indigno Victoria functa dolore,
Vitæ muneribus post data fata frui.
Daualus in astra coniux nam coniuge uiuit:
Et fouet ausonijs ocia parta tubis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Gabr. Altilij ad Actiũ Syncerum, & M. Ant. fratres.

V Nanimi fratres, rapta qui matre doletis,
Et desiderio fletis uterq; pio:
Desinite ab lacrimis tã sanctos lædere manes
Vos uetat elysijs illa recepta choris.
I llic optatis longum complexibus hærens,
Iucundo fruitur coniugis ore sui:
F elicesq; animas inter, cœtusq; uerendos
Narrat natorum de pietate parens:
S cilicet his ut spem uiduæ solata iuuentæ,
Deserti tulerit frigida regna tori:
A ddit & obsequia, & dulces cum pondere mores
Iam tum cum patrias ferret uterq; uices.
C um simul & nymphas, satyrorũ & cantat amores:
Estq; in Synceri carmine tota sui.
Q uod subito cantu turba excipiente deorum,
Hinc illinc uarijs plausibus arua sonant.
M assiliam chorus omnis, & ætheriæ conualles,
Massiliam totis reddit & aura locis.
I lla autem æternos caro cum coniuge gressus
Iungit: & elysium sic terit alta nemus.
Q uo iam pro lacrimis Panchæos urite odores:
Orphæaq; moue tu fidus alter opus:
N on quibus infernas ille exorauerit umbras,
Flebilibus supplex ausus adire modis:
S ed quibus & diuũm laudes, ipsosq; canendo
Heroas cœlo, syderibusq; locat.
H as mitti iubet inferias, hæc funera mater:
Ipsa sibi has lacrimas, hæc sibi busta rogat.

Eiusdem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Eiusdem.

Hanc faciem, & niueæ tam rarum frontis honorem,
His'ue rosis hæc quis lilia miscet? Amor.
Quis gemina aut illic succendit sydera? quis'ue
Arcum illic, illic spicula condit? Amor.
Rubra quis in teneris polit hæc coralia labris?
Aut hoc intus ebur finxit ab arte? Venus.
Quis decus effingit morum? quis uerba loquentis?
Clam'ue decor qui te subsequitur? Charites.
Quis formam sine labe dedit? digitos'q; manus'q;
Quis format, nullo crimine membra? Venus.
Quis mihi perpetuos hos nutrit in ossibus ignes?
Frons, oculi, facies, uerba, labella, decor.

Eiusdem.

Iunius ut primum materna est editus aluo:
Miratæ puerum circuiere deæ.
Dum certant: optat'q; suum dum quælibet: inter
Certantes rapuit Cypria basiolum:
Atq; ait. hæc nostrum defendant pignora. at illi
Pressa rubet tenui nunc quoq; mala nota.

Eiusdem.

Siue furor, seu sit ratio, contemnere uitam:
Alterius uitam perdere dum properas:
Inde mones iuuenum confidentissime, quàm sit
Et fragile, & fallax, & breue uitæ bonum.

Antonij Thebaldei de Leone. X.
Pont. Max.

Vos, qui uentosum curua trabe curritis æquor:
Quos'q; regit gelido quæ nitet ursa polo:
Magnanimi moneo iubar obseruate Leonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

Puppis eo cursum nulla regente perit.
I lle ego, cui maria erranti per cuncta tot annos
Naufragij solus spes erat in tabulis:
E uasi hoc monstrante uiam: portuq; potitus
Imposui lætæ frondea serta rati.

Francisci Bellini ad Lygdamum puerum.

H ic suaueis passim tellus tibi Dedala flores
Explicat, & uario picta colore uiret.
L ygdame flos puerorum, & flore nitentior omni
Huc propera: inq; meos curre proterue sinus.
H ic ueris pariter primi carpemus honores.
Datq;, rapitq; breuis tam bona dona dies.

Eiusdem.

C um legerem hæc Amarylli tibi fragrantia serta:
Vix potui instantes pellere tutus apes.
A t mihi pro sertis tu nunc fragrantia iunge
Oscula, & hyblæis tincta labella fauis:
I nuideant ut apes capiti fragrantia serta:
Inuideant labris dulcia mella tuis.

N. C. A. de tribus Decijs.

T res Decij Romæ nascuntur. Numina nasci
Iure illos alio non uoluere loco.
S ed dum se patriæ sic deuouere, uidentur
Nec melius nasci nec potuisse mori.

Eiusdem de Baijs.

B aiarum dum forte capit sub mollibus umbris
Fessus amor somnum murmure captus aquæ:
I psa facem accurrens gelida celauit in unda,
Vt ueteres flammas uindicet, alma Venus.
Quamprimum liquor ille æternos concipit ignes.

Igne nouo (quisnam crederet?) arsit aqua.
Flammiuomis igitur fumant hæc balnea lymphis,
Quod facula una omneis uincat amoris aquas.

M. Ant. Casanouæ de Bruto.

Natorum cæde orbasti te nomine patris,
Cerneret ut uerum te tua Roma patrem.
Et semel optasti pulchram per uulnera mortem,
Vt nullo posses tempore Brute mori.

Eiusdem de Lucretia.

Dicite, cum mulius cadere ante Lucretia posset,
Cur potius uoluit post scelus illa mori?
Crimine se absoluit manus illa habitura coactæ
Vltorem, & patriæ depositura iugum.
Quàm bene contempto satiat sua pectora ferro,
Dum pariter famæ consulit, & patriæ.

Eiusdem de Horatio, & Fabio.

Seruasse hanc cursu memoratur Horatius urbem,
At Fabius sola restituisse mora.
Tam bene cunctari qui possit, non erit ullus.
Tam bene qui possit currere, nullus erit.

Eiusdem de Homero,

An Smyrna est quæ te nascentem excepit Homere?
An'ne fuit uatem quæ tumulauit Ios?
Altera nomen habet uiolæ, tenet altera myrrhæ.
Fata tuum his decorant ortum, obitum'q; locis.
Quid magis est quod te diuine deceret Homere,
Quàm nasci in myrrha, decidere in uiola?

Eiusdem de Bruto.

Cæsaris, & Bruti sacratum sanguine ferrum
Officium patriæ præstitit, & domino.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33

V na pium cædes ostendit, & altera fortem.
Non alio Cæsar debuit ense mori.

Eiusdem in statuam Propertij.

P allida quòd nimium male pinxerit ora Properti,
Ne precor artificem carpite: talis eram.
P inxit enim duræ mœrentem facta puellæ.
Aruerat sanguis: fugerat ore color.
H ac ego marmoreos sumpsi de Gorgone uultus.
Huius eram uiuus: mortuus huius ero.
V sus abest uitæ tantum: uerum hunc quoq; & olim
Alterius uiuens pectore non habui.

Eiusdem de Euridice.

N ulla suos uxor melius iactabit amores:
Nam mori ut Euridice bis bene nulla potest.
E t si forte mori cuiquam bis posse daretur:
Euridice fieri non tamen ulla uelit.

M. Antonij Flaminij de Virgilio.

D icite, qui ripas Minci coluistis olores,
Vobiscum exorta est gloria Virgilij?
D ic mihi Parthenope, sic sis pulcherrima semper,
Virgilius'ne tuo decidit in gremio?
E t meruit cui contigerat nasci inter olores,
Inter sirenum decubuisse choros.

Ant. Thylesij.

D epositis errat facibus leuis urbe cupido,
Carpit & insuetas nocte silente uias.
V os o' uos uestris arcete penatibus ignem.
Attigit admissus quod puer ignis id est.
S ensi ego quàm calet hic: ludens per colla, sinus'q;
Admoto cum me falleret ore deus.

Quem

Quē ſequor hac eadē face, quam mihi pectore liquit
Effugiens, natam mater ut orba Ceres.

Bald. Caſtilionis.

Semianimem in muris mater Piſ[...]ell[...]
Dum fouet, & tenero pectore m[...]us hiat:
Nata tibi has, dixit, tædas, atq; hos hymenæos
Hæc defenſa tuo mœnia Marte dabunt.
Cui uirgo haud alias tædas, alios'ue hymenæos
Debuit. hæc nobis grata rependet humus.
Hanc ego ſola meo ſeruaui ſanguine terram.
Hæc ſeruata meos terra tegat cineres.
Quod ſi iterum ad muros accedet Gallicus hoſtis:
Pro patria arma iterum hæc oſſa, ciniſ'q; ferent.

Cornelij Caſtalij.

Verona qui te uiderit,
Et non amarit protinus
Amore perditiſſimo:
Is credo ſe ipſum non amat,
Caret'q; amandi ſenſibus,
Et odit omneis gratias.

De Laudibus Venetiarū
Viderat Adriaca medijs Neptunus in undis,
Stare urbem, ac toto ponere iura ma[...]
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Juppiter [...]
Obijce et illa tua moenia Mart[...]
Si Pelago Tybrim praefers urbi as[...]
Illam homines dices hanc posui[...]

EXCVSO prope [illegible] libello, forte in manus nostras exēplaria quædam peruenere: in quibus animaduertimus, de innocentum infantium cæde lamentationem nō illar[illegible] ide[illegible] [illegible]azarij esse, sed Eusebij cuiusdam Mutinensis, mo[illegible]chi Casinatis: & piscatoriæ ultimæ, quæ & ipsa etiam cum Iola præter opinionem nostram alterius est authoris, carmina quædam non ita se habere. quos tamē locos omneis uel emendatos, uel in melius restitutos hic adnotauimus. Eius uero rei admonitum lectorem uolumus, ut, quando in authores, & eos amiciss. incidimus, fore speret uti posthac cum eadē hæc à nobis & castigatiora habeat, & lōge locupletiora, tum etiam alia, quæ poterunt fortasse cum ipsa antiquitate certare.

Nunc animū huc	2.a	Diua Luciferum	31.b
semper, rictuq;	5.a	munere stipitis	33.a
optanti, seniumq;	5.b	infantum lateq;	33.b
cessant Euriq;.	9.b	ferro sæuire	33.b
postremo Psylli	1?.b	in pueros: matres	33.b
non obscura	13.a	Lactenteis iugulare	33.b
ergo dum refluo	15.b	primi monstrastis	34.a
Agmina densentur	21.b	currus anteire	34.a
Asphaltisq; adsueta	21.b	manus, quæ'ue	35.a
ingentemq; undare	22.a	rogo'ue absumpsit	35.a
genua ægra	23.a	sparge manu	30.b
ponet uestigia	24.b	necnon toto	35.b
Deo, populosq;	29.a	dolor, æternusq;	36.a
rebus. Deseritur	29.b	si tibi tantum	37.b
sternite opes	9?.b	Quære Pithecusas	39.a
multa uirūm	31.a	uera est fama)	42.b

Troius excisa Dux unus, & [illegible]
Aduena post Asiæ fatalia f[illegible]
Occupat Hesperiam lata ditione pot[illegible]
Inq́; suæ indigenas transfert cog[illegible]
Pace noua lætos parti sine sanguin[illegible]
Vt Venetos ultro dici iuuet: inde [illegible]

* A B C D E F G H I K L M N.
omnes sunt quaterniones præter *, & N duerniones.
Venetijs In ædibus hæredũ Aldi, & Andreæ Soceri
M. D. XXXIII.

100


5818186

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33







Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.3.5.33